GIL. GENEBRARDI THEOLOGI PARISIENSIS, DIVINARVM HEBRAICArúmque literarum professoris Regij, ad Iacobum Schegkium Schorndoffensem Philosophum & Medicum assertionibus sacris de Deo sese temerè immiscentem & tribus ipsius de S. Trinitate libris, modò pro Sabellianis, modò pro Trinitariis, inconstantissimè obtrectantem, Responsio.

Hac disputatione iste Philosophus cum suo libro contra auctorem scripto blasphemijs scatente, non solùm euertitur, verum etiam præcipuæ quæstiones, quibus recentes hæretici summum Religionis caput de Deo & tribus diuinis hypostasibus obscurißimè inuoluunt, & indignißimè deprauant, dilucidè euoluuntur atque explicantur.

PARISIIS,
Apud Ægidium Gorbinum, sub insigne Spei, è regione Collegij Cameracensis.
M.D.LXXV.
Cum priuilegio Regis.

D. PETRO DANESIO
EPISCOPO VAVRENSI,
veteri literarum literatorumq; parenti, Patri ac Domino ſuo obſeruando,

G. GENEBRARDVS THEologus Pariſienſis S.

SI vſpiam locum habere poßit ſcitè dictum Martiani Cæſaris, Sophiſticè de Deo *quærere non eſt rem exponere, ſed profanare, hoc nunc potißimum æuo periclitamur, Doctißime Pontifex, maximo Chriſtianæ religionis pro-*

leg. 3. cod. de ſumma Trinit. & fide Catho.

bro atque dedecore: quando Philosophi, vel potius sophistæ nullis Scripturarum armis instructi, nullis Theologiæ præceptionibus tincti, nullis Theologorum principiis & axiomatibus informati audent ingenti confidentia, singulari diuinarum rerum contemptu, summo animi furore de initijs & arcanis disputare. Ad reliquas nostri temporis infœlicitates, Antichristi præcursatrices, Maometis in has regiones prænuntias, hanc adiecit Satanas, vt Grāmatistæ, vt Philosophastri, vt profani literatores, sibi nunc rerum maximarum ac in Religione præcipuarum iudicium sumant, rerum ad æternam salutem conducentium authoritatem tribuant ac vendicent. Negligunt quod rationi est consentaneum, quod doctis omnium temporum & religionum fuit probatum, quod denique sic à Theolo-

go Nazanzeno Christianißimè & sanctißimè legitur enuntiatum. Non omnium publicè & semper de Deo disputare, nec ita vile abiectúmque est sacrarum literarum verbum, vt vulgo indocto & hominibus humi repentibus pateat. Itaque cùm nec semper omnia, nec omnibus sint proferenda: est quando & quantum, & quibus id liceat, ijs præsertim, qui ingenium industriámque ad contemplantes disciplinas applicarunt, quíque remotis simulachris corporeis norunt incorporea & spiritualia conspicari. Postremò ante omnia illorum est, qui iam animo & corpore purgati sunt, vel certè purgantur. Qui vero minus purus est, quo pacto purum audet contingere: Qui profanus est, qua temeritate sancta audet contrectare? Ista dum Schegkius philosophus medicúsque Tubingensis mini-

Naz. ora. I. ad Eunomianos.

me meditatur, aut si meditatur, ridet, & solita rabie despicit, quam dudum in Germania exercuit aduersus omnis sectæ hæreticos, certamen de S. Trinitate cum Catholicis, ac in primis mecum suscipere tandẽ non erubuit. Nempe, vbi pudoris & verecundiæ fines hæreticus semel transiliit, nunquam ad virtutis lineas reuocari potest, semper in deterius progreditur, se impietate perpetuo præterire contendit. I*ste, vt tueretur seruarétque similitudines à me libris de S. Trinitate perstrictas, à se, vt ipse agnoscit, primùm excogitatas citra* D*ei Verbum, citra maiorum authoritatem, citra* R*eligionis lumen, citra rationis ductum, de Saccharo, in quo tria reapse distincta notantur, Substantia,* C*andor, Dulcedo, & de Anima, in qua tres facultates reipsa discrepantes insunt, intelligens, sentiens, vegetans, se*

multis amaris quæstionibus & animæ expertibus implicauit. Non satis habuit Sabellianorum dogma pluribus amplificare, nisi simul sceleratas profanásque alias opiniones, multò perniciosiores, adiiceret atque confirmaret. Cúmque duntaxat aliqua sui parte initio esset maculatus, nunc se totum ita conspurcauit, vt nullam habeat animi partem ab impuritate ac impietate alienam. Satis quidem erat nudum indicem errorum aut potius blasphemiarum, qualem in primis ante omnem disputationem ex vniuerso eius contra nos Apologetico collectum, D. Iacobi Billij, viri omni disciplinarum peritia instructißimi consilio, proponimus, publicare & vrbium ædiúmque sacrarum valuis affigere,

His thesibus niger est, hunc tu
Romane caueto:

vt omnes protinus tam miſeri, tam infœlicis Philoſophi laruam deteſtarentur. Sed tamen aliquatenus reſpondendum putaui ſtulto, iuxta ſuam ſtultitiam, ne ſibi multum ſapere videretur, néve expoſtularet ſua vlcera duntaxat oſtendi, non item coargui. Nobis tantam, támque copioſam diſſerendi ſegetem ſubminiſtrauit, vt ſi eius omnia prolixè & profluenter tractare vellemus, opus noſtrum in immenſum creſcere oporteret. Nam ſingulæ triginta tres blaſphemiæ ſingulis triginta tribus libris vix poſſent abſolui, propter myſteriorum, in quæ, illæ incurrunt & conuertuntur, magnitudinem. Sat habuimus omnes deguſtare, ſiue quia ſeptuaginta vni paginis, quibus ſuum Apologeticum, vel rectius Apotacticum perfecit, totidem, aut certè, incaleſcente diſputatione, duplas ſolum modo opponere

ſtuduimus, ne non rectè neglexiſſe tantum furorem quibuſdam videremur: ſiue quia hoc genus argumenti, aduerſus quod ſe impiè inſtruxit atque armauit, ſatis amplè alibi complexi ſumus. Nunquam ego putaſſem tam exiguum ingenium tot potuiſſe capere vanitates, tantos errores, & , quod dictu eſt mirabile, tam contrarios. Dum enim iſte noſtris in Theologiæ finibus hoſpes, ſine verbi Dei lumine, peregrinatur, ac neſcit quid aiat, & de quibus affirmet, quod hæreticorum eſſe proprium notauit D. Paulus, dum etiam vltro omnibus ſui temporis ſectariis, quantumuis diſcrepantibus, arridere nititur, ac eorum ingenia admirari ſimul, Gnathonis Terentiani exemplum exactiſſimè expreſſit. In capite de Deo & ss. hypoſtaſibus, 1.Tim. 1.

In Eunu.

Quicquid dicunt, laudat, id rurſum ſi negant, id quoque ne-

gat

Qui nego, ait, paret. Postremo
imperauit ipsemet sibi omnia
Assentari, quæstum eum multo
censens vberrimum.

Eodem enim opere 71. paginas neutiquam superante, semetipsum paßim refutat, in vnum conflans Sabellianos, Philoponianos, Arrianos, Autotheanos: vt non iam mecum, sed secum ipse pugnet, seque miserrimè paßim perdat & vastet. Cum Sabellianis defendit Personas per se non cohærere siue subsistere, & ad id inculcat similia quædam ineptißima & stupidißima, vnicam subsistentiam ante oculos ponentia, ad quæ etiam ipse Sabellius commoueretur. Cum Philoponianis siue Tredeïtis tres essentias, tres energias, tres potentias æquales facit. Cum Arrianis vnam numero essentiam oppugnat, aliam sub-

ſtantiam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus ſancti conſtituit. Cum Autotheanis Filium & Spiritum ſanctum ſecundum diuinam naturam productos inficiatur. Denique cùm iſti omnes hæretici toto genere differant, nec videantur magis coire, quàm ortus & occaſus, tamen in vno Sophiſta Schegkio coaluerunt, in vno eo ſuorum dogmatum planè diſcrepantium præconem repererunt. An poſsint iſta ſimul conſiſtere ipſe viderit. Sophiſtica profectò aliqua diſtinctione, tanquam Sphinge, ipſi opus eſſet, quæ quidem iſta non modo ſolueret & conciliaret, verùm etiam contradicentia vera ſimul ac falſa eſſe poſſe contra omnem philoſophiam, niſi fortaſſe Epicuream, oſtenderet. Tu, doctiſsime pontifex, & antique literarum parens, vides, audis, ſentis, intelligis, magno tuo dolore, quorſum ſuperbia

Cic. lib. de fato.

Babylonicorum aſcendat, quo pacto pertineat ad omnem Dei ſenſum ex animis extirpandum, ad omnem Dei notionem in litem & dubitationem vocandam. Sic ſtudet Satanas reuulſis Chriſtianæ religionis cardinibus ſuum negotium agere, ἀθεότητα plantare, vel certè Maometiſmum pangere, qui nimium Eccleſiæ regionibus & locis vicinus eſt, nec facilè poſſet irrepere in has terras, niſi haberet proditores, & inteſtinos hoſtes, qui ipſum cuniculis & clandeſtinis conſiliis intromitterent. O te fœlicem, ô te beatum, qui iam ferè per ætatem miſeriarum & infœlicitatum huius vitæ metam cum pietate attigiſti, nec calamitoſiſſima tempora viſurus es, quibus communicatæ iſtorum operæ pro Chriſto Dei filio idolum Maometanum exhibebunt, pro Doctrina *Chriſtiana Coranicum ſacrilegium docebunt, pro*

ſempiterna gloria paradiſum brutorum, carneis voluptatibus & delicijs conſtantem, perſuadebunt. Vtinam falſus ſim vates. Certè eo iſta omnia apertè inclinare & aliud nihil expectandum iubere videntur, quàm certißimam & proximam totius occiduæ Eccleſiæ ruinam & perniciem. Quibuſcum nos Catholici operam communicamus, dum patienter tantos furores inter nos patimur, permittimus liberè cuique, vt voluerit, de Deo diuiniſque rebus ſentire, diſputare, tractare: dum lachrymarum imbre, ſanctis gemitibus & ſuſpirijs, irã Dei verſus nos inflammatam & accenſam, neque temperamus, neque reſtinguimus. Quin potius incendium augemus atque exaggeramus, & fomenta omnis generis peccatorum comportamus, vt flamma Turcica omnes noſtras regiones penitus exurat atque depopu-

letur. Dum poſtremò ullis ſanctis officiis minimè Deo occurrimus, iuſte concedenti, ut in uno Europæ angulo omnia exoticis & peregrinis aſſertionibus & doctrinis miſceantur, confundantur, in horrendum Chaos redigantur. Vbi Schegkij blaſphemias legeris, ubi impuras voces audiueris, me fruſtra iſta neque ſcribere, neque conqueri iudicabis. Cuius rei iudicium tibi à mè deferri, nemò improbabit, qui apud te nouerit thecam omnis literaturæ eſſe iamdudum repoſitam. Deinde, qui decretus fuiſti olim Petro Ramo nouæ Philoſophiæ, vel potius philoſtrophiæ, cōditori à Franciſco primo, Gallorum Rege, iudex, qui Ramum auditum tua ſententia damnaſti, & exilio mulctaſti, qui veterem philoſophiam aduerſus iſtius importunas, indoctas, philoſophiæ expertes actiones defendiſti, qui ſæpius obſer-

uasti, vbi Sophistarum captiones & aucupia delitescere soleant, merito nostræ cum Schegkio Sophista & Philosophastro, Verbi Dei contemptore, disceptationis iudex & arbiter debes constitui, vt ea auctoritate & censura, qua Rami vesaniam ab humanioribus disciplinis auertisti, hanc diuinioris Philosophiæ pestem, tuo æquissimo candidissimóque iudicio reprimas, depellas, propulses. Vale in Domino. E nostro Musæo Parisiensi an. 1575.

CArolus ix. Francorum Rex, ſuo diplomate ſanxit, ne quis, Genebrardi Reſponſionem ad Schegkium de ſanƈta Trinitate, ante ſexennium à die primæ editionis numerandum, præter Michaëlem Sonnium bibliopolam, ad eius caſtigationis exemplum imprimat, néue alibi impreſſam diuēdat in Galliis. Secus qui faxit, mulƈta fiſco applicanda, aliiſque pœnis indiƈtis damnabitur, vt latius patet in literis Priuilegij indultis. Lutetiæ quinto Nouembris, 1570.

G. GENEBRARDI THEOLOGI PARISIENSIS, DIVInarum Hebraicarúmque literarum professoris Regij, ad Iacobum Schegkium Philosophũ & Medicum Tubingensem Responsio.

TARDIVS, quàm optassem, tuus Apologeticus contra me dictatus, Schegki Philosophe, in manus meas recidit, nec ante decimum septimum Calendas Ianuarij anni huius 1574. Alioqui celeriùs respondissem, quemadmodum ex eo potes cōiicere, quòd intra paucos dies, ad anni sequentis initium, Xeniorum loco, Respōsionem parauerim, quam proximis Frācfordiēsibus nundinis reciperes. Cùm

primùm eſt redditus, opera Ioannis Curterii amici mei, Græcarum literarum profeſſione & inſtituto clari, dici vix poteſt, quantum vel ex ipſa inſcriptione ſim recreatus. Animi ſanitatẽ, Sabellianiſmi eiurationem, vel certè purgationem pollicebatur, quo nomine tibi dextras ſocietatis & amicitiæ porrigebam. Nam ouem perditam inuentam gaudebam, redeunti in Chriſti caulam gratulabar, propinquanti obuiam veniebam, procedebam, occurrebã. Recordabar vocis Domini, qui nõ delectatur perditione viuentium, nec quemquam vult perire, ſed omnes ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis peruenire: Nolo mortẽ peccatoris, ſed potius vt cõuertatur & viuat. Ad canendam palinodiam, & publicè teſtandum te iniquè à nobis fuiſſe accuſatum,

me omninò comparabam. Lętabar te meis ſcriptis de ſancta Trinitate ita fuiſſe excitatum, ita percuſſum, vt de ſanitate recuperanda ſeriò cogitare inciperes, & mecum velles confiteri, id eſt, cum Eccleſia ſancta Catholica, Spiritu & Verbo Dei imbuta, Patrē, Filium, & Spiritum ſanctum tres eſſe perſonas, tres hypoſtaſes reipſa diſtinctas, nō nudas diuinæ eſſentiæ potentias ſiue virtutes. Nouum enim & inauditum, hæreticum iuueniliter ſapientiſſimis Patribus inſultantem, ſuo ingenio & ſapientia omnia fidei arcana metientem, Scripturam nulla lingua intelligētem, peſſimè in Philoſophia verſatum, qualem te fuiſſe & adhuc eſſe Catholici omnes dolemus, quicquam de ſemel imbutis opinionibus remittere. Sed me falſum opinione pro-

gressu ipso intellexi, & grauissimè dolui, quòd me laudem & gratulationem, in crimen & castigationem oporteret conuertere. Nam non modò à Sabellianismo nō resilis, non modò non te purgas, vt tui scripti inscriptio pollicebatur, verùm tu etiam te grauioribus impietatum nodis cōstringis & implicas: adeò tibi facta sunt posteriora deteriora prioribus: adeò tibi contigit illud verissimi prouerbii, Canis reuersus ad vomitum, & Sus lota in volutabro luti. Si enim te iniquè Sabelliani sceleris insimulatum docere voluisses, te non obscurioribus quæstionibus impediuisses, sed ad hunc modum illa criminatione facilè expediuisses.

2.Pet.2. *Pro.26.*

Qui credit, & confitetur purè & simpliciter Patrē, Filium, & Spiritum sanctum, non solùm reipsa

differre, verum etiam per ſe, ac ſeorſim ſubſiſtere, modò etiã eſſentiam numero vnam & eandem agnoſcat, non eſt Sabellianus.

Schegkius ita purè & ſimpliciter credit & confitetur.

Nõ eſt igitur Schegkius Sabellianus.

At tantum abeſt, vt ſic de hoc myſterio cum Eccleſia pronuntiaueris, vt hanc ſententiam nobiſcum confirmaueris; vt contrà non obſcurè contendas perſonas per ſe & ſeorſim nõ magis ſubſiſtere, quàm δυνάμεις & potentiæ animi, quas ſiue ſint accidentia, ſiue, vt tu pugnaciter affirmas, ſubſtantiæ, certò conſtat nullam habere per ſe cohærentiam. Sed nec in putri illo errore hæres atque conſiſtis. Verùm dum per itinera vaſta & inuia Theologiæ hoſpes peregrinaris, erras latiſſimè, ac deſerto veritatis tramite,

modò ad Arianos, Arianorúmque
varias & multiplices gentes, modò
ad Sabellianos, Sabellianorúmque
diſcrepantes ſectas declinas & ver-
gis, nullo iudicio, mẽte valde præ-
cipiti, dubia, incerta. Antequàm igi
tur te plenius pro magiſtri tui offi-
cio doceã (nã illum titulũ à te mihi
aliquoties, ironicè, licet attributũ,
non auerſor, quòd ſatis intelligam
Pariſienſe Theologorum magiſte-
rium à maioribus fuiſſe inſtitutum
ad te tuóſque affines hæreticos di-
dacticè refellendos, & ad bonam
mentem, ſi fieri poteſt, reducẽdos)
imprimis non probo, quòd me ter
tium hoſtem tuum Petro Ramo,
& Simoni Simonio adiunxeris. Te
Philoſophum plenis buccis inſcri-
bis & nominas, & neſcis dedecere
Philoſophum toto genere diſſiden
tia cõiungere, nullo modo ſimilia

comparare? Sum Theologus, ſum Catholicus, ſum nutritus, educatus, auctus, & per Dei gratiam moriturus in Eccleſia, in qua perpetuò tranquilliſſimè vixi, & viuo. Iſtorũ vterque ſectarius Eccleſiæ Chriſti deſertor, quorum alter Grãmatiſta vixit ſemper turbulentiſſimus, factioſiſſimus, pacis & quietis impatientiſſimus, audaciſſimus, rerũ nouarum ſtudioſiſſimus, & appetentiſsimus, perpetuò ſpirans minas, & ſcelus anhelans. Alter philoſophaſter Italicus, impurus loripes, apoſtata per omnes terras propter ſua facinora profugus, nihil aut incõſtantiſsimè omnia de Deo & religione ſentiens, in ludis & iocis philoſophicis ſtatum religionis & ſentẽtias de Deo rebúſq; diuinis tecum & cum ſuo cognomine Simone Mago numerat. Itaque po-

tuisti (fateor) iustè bellum literariũ contra istos suscipere, quoniam de philosophicis aut damnatis vestris opinionibus erat quæstio. Sed hostem iudicare eum, qui salutis tuæ cura & desiderio tãgitur, qui te studuit, & studet ad Christi ouile reducere, qui te docet & probat impiè de Deo tuo, eiúsque præcipuis mysteriis sensisse, paratúsque est rationem reddere eius, quæ in te esse debet, fidei, iudica, obsecro, quàm sit à vera philosophia alienum. Si ad vnum Ramum, si ad vnum Simonium, & similes impios tuam scribendi libidinem conuertisses, apud bonos viros & pios, gratiam fortasse iniisses. Iam cùm impotentem animum impietatum cicatricibus obductum aduersus Magistrum tuum, vt quidem confiteris, effundis, quid Deus & homines de

te pronuntiabunt, quam de te habebunt opinionem, quo pacto nõ detestabuntur Philosophi scelus, qui aduersus suum Magistrum insurgit? quem de te rumorem non seminabũt, qui tuo doctori, petulce discipule, pertinaciter & inhumaniter insultas? Prȩtereà aliud lõge tibi mecum est negotium, aliud certamen, quàm cum istis Grammaticis, quibus satis bellè respondes, dum verba verbis, & iocos iocis opponis. At non satis, contra Theologum, afferre Sophisticen, verba, logos, & voces in aurã profundere, garrulitate se armare, vbi seriò effandũ est, vbi perspicuè enũtiandum, quid de Deo sentis, quid de tribus diuinis hypostasibus per se subsistentibus cogitas? Hic non sufficit Sophistice. Hic elinguis est Philosophia, vbi sacræ literæ ad-

ſunt. Vbi ſacra oracula aſſeuerant, vana & inanis eſt humana aſſertio. Philoſophia incidit in Theologiã, vt fœmina in virum, qui ceruicoſum caput, varium & mutabile ingenium, impotentem & effrenatã naturam oratione, ratione, virtute, conſtãtia, ſeueritate vincit, domat, compeſcit. Quod ius ita, Deo duce, temperabo, vt moderationis & æquabilitatis lineas nõ tranſiliam, neque in Magiſtro & doctore, qui quidem habeat tam contumacem diſcipulum, maiorẽ poſsis vel debeas deſiderare beneuolentiam & æquitatem. Nam nõ ſoleo, tuo ritu, iniuriis & calumniis paginas meas farcire, diuendendas nugas magnis, vaſtis, obſcuris librorum fumis exponere, ſiue quia meę profeſsionis memini, qui ſũ Dei Opt. Max. beneficio Theologus, Pari-

ſienſis doctor, Regius Hebraicarũ literarum profeſſor, & ſi vis etiam, Catholicus Sanctæ Romanæ ſedis ęmulus, ſiue quia proborũ eſt, non libros, ſed theſauros, vti ſolebat dicere Domitius Piſo, componere. Quocirca prætermiſsis tuis Parergis, quæ ſi vellẽ inſequi, magnum faſtidium lectori crearem, & me tecum ineptire oporteret, ſtatim ad tua ſcripta accedo.

Non ſatis tibi erat, Philoſophaſter ineptiſsime, librum tuum impietatibus maculare, niſi etiam epiſtolam, breuem quidem verbis, ſed mẽdaciis prolixiſsimam, vanitatis tuæ teſtem ac nuntiam ad neſcio quem Comitem præmitteres. Vin' audire aliquot eius vanitates te digniſsimas? Potentias cenſet nugator ille (me intelligis) non eſſentiæ Animæ partes eſſe, ſed accidẽ- *In Epiſtola.* " "

» tia quædam, ſecutus errorem Tho
» mæ, qui quidẽ iure optimo à Scoti
» ſectatoribus refellitur. Et paucis
» pòſt verſibus. Maximus autem er-
» ror in Philoſophia eſt, ſi quis opi-
» netur potẽtias & δυνάμεις, Animæ ac-
» cidentia eſſe, & non partes, quibus
» eſſentia ipſius animæ cõſtituatur.
Prætereo quòd quem Theologa-
ſtrum, rudem in Philoſophia, paulò antè appellabas, nunc Thomæ æmulum facis. Non enim potuiſti citiùs te ipſum redarguere, & Philoſophiæ ſtudioſum me conteſtari, quàm dum habito inter Philoſophos delectu, cum præcipuis & ſummis philoſophari me prędicas. Niſi fortaſſe diuo Thomæ Philoſophiæ palmarem notitiam audes detrahere. Diuum enim eum appello tua magna rabie, quòd ſit ab Eccleſia conſecratus, neque Eccle-

ſia in Diuis conſecrandis magis errare poſsit, quàm in veſtris dogmatibus diiudicandis & condemnandis falli ac decipi. Primùm vter magis hallucinatur, egóne qui nego potentias Animi eius eſſe partes, cùm lippis & tonſoribus perſpicuũ ſit Animam rem eſſe incorporeã, ſimplicem, indiuiduam, neque partes conſtituentes, neque integrantes habentem, an tu qui cõtra ſenſum communem, contra Ariſtotelis placita, contra Philoſophorum præcipuorũ ſenſa, tua etiã confeſſione, rei incorporeæ & materiæ experti partes affigis? Nónne partes integrãtes corporibus cõueniunt? Legiſtíne aliquem Philoſophum, nedum Theologum, qui integrantes actibus puris aut incorporeis aliquando tribuerit? Partes autem rerum conſtituentes, quas alias eſſe

putas, nisi genera & differentias, vel potius materiam & formã? An eiusmodi tibi esse videntur, Animi quæ appellantur potentiæ & vires? An vis vegetans, sentiens, intelligẽs (de his enim litem intendis) sunt animi vel genera, vel differẽtiæ? An materia vel forma? Do, si vis, eius esse genera, vel differẽtias, ne in infinitum pugnem. Verùm ex me disce, Philosophiæ veræ imperitissime Schegki, genera & differentias tantùm numerari in partibus logicis, nõ physicis & naturalibus, quæ solæ ad rerum cõstitutionem pertinent, citra mentis actionem. Mihi igitur explicato, sintne vegetãs, sentiens, intelligens materia vel forma Animi. Nõ certè materia, quia sustinentur animo tanquam subiecto, vt potius Animus earũ sit materia, & quasi subiectum atque ful-

crum. Non forma, quoniam vnius rei vna eſt forma, cùm tu iam iſtas potentias tres re ipſa diſtinctas conſtituas & prędices. Verùm fortaſsè vim argumenti faciliùs hoc modo perſpicies. Partes logicæ non ſunt partes, niſi per analogiã. Partes potentiales non ſunt partes, niſi per metaphoram. Relinquitur ergo, vt Animi potentiæ ſint partes integrantes, quales in corporibus duntaxat hærent, vel conſtituentes, cuiuſmodi appellãtur Materia & Forma. Nunc è ſuperioribus iudica, rectène & propriè potentiæ Animi vel materia vel forma eiuſdem cenſeri debeãt. Quarè rectius multò tuus Auerroïs Animam tradit diuidi in poteſtates, ſicut pomum in colorem, odorem, ſaporem, quæ profectò accidentia eſſe Pomi ambigere non potes. Nec ab ea ſen-

Auer. 1. de anima com. 92.

Scotus 2. dist. 16. tentia abhorret Scotus, quem tamen impudenter, impudens Gorgia, pro te allegas, qui etiam ſi tecum ſentiret, non te idcircò è Sabellii infamia eriperet. Nam quale putas, eſt argumentum; Potentiæ Animi nõ ſunt accidentia, ſed ſubſtantię, vt probat Schegkius: igitur Schegkius nõ eſt Sabellianus. Quaſi verò Sabellius in Animi potentiis peccauerit, non autem in Trinitatis hypoſtaſibus.

" Audio quid ſubiicis. Maximus " eſt error in Philoſophia, ſi quis opi" natur potentias Animi eſſe acci" dentia, & non partes, quibus Ani" mi eſſentia conſtituatur. Mirum profectò D. Thomam tantũ Philoſophum, cuius comparatione es Philoſophię ignariſsimus, ſine vllo iudicio, ſine ingenio, docuiſſe eſſe accidentia, non partes, & interim illud

illud esse maximũ in philosophia errorem. Sane quandoque bonus dormitat Homerus, sed in maximis suæ artis capitibus fœdè errare quis tibi facile dederit? Haud scio an Zoilus Homeri mastix, dum eũ flagellaret, dum eius authoritatem & existimationem eleuaret, ausus fuerit dicere illum maximos errores in sua arte, id est, poëtica commisisse. Et tu D. Thomam maximũ citra controuersiam Philosophum in præcipuis Philosophiæ capitibus facies cæcutire, & in maximo errore versari, quia à te dissentit? Erit verũ in philosophia, quod tu Philosophię cognitione leuiter tinctus probaueris; Erit error maximus, quod improbaueris; Imo verò Schegki, quia tu veram philosophiam nũquam scitè & altè degustasti, nec eius magnum vsum ha-

bes,aut habuiſti vnquam, quia Ariſtotelem nũquam vel Græcè vel Latinè intellexiſti, vt euincunt tui alieniſſimi cõmentarii in eius Phyſica, quia nondum potuiſti diſcernere inter Ariſtotelicam philoſophiam & Auerroënſem ſiue Sophiſticam (nam quam putas eſſe hanc, non eſt vera aut Ariſtotelica philoſophia, ſed vel tua, vel Rami, à quo rectè quidẽ diſſentis, ſed nõ propterea verã tenes philoſophiæ regulam, cum ſit errãdi via multiplex) idcirco probabilius ſic colligitur. Quod improbat Schegkius in philoſophia Ariſtotelica, quam Philoponus, D. Thomas, & cæteri inſignes peripatetici & ſcholaſtici æmulantur, iudicãdum eſt verum: Quod probauerit, falſum & erroneum, aut ſaltem nõ caret iuſta ſuſpicandi occaſione. Ratio. Quoniã

Schegkius cùm nunquam puram
& veram Philoſophiæ cognitionē
attigerit, vt Philoſophicæ eius te-
nebræ perhibent, ſed ſe ſemper in
ſophiſtica Auerrois, Terminario-
rum & Summulariorum, occupa-
uerit, de philoſophicis ſententiis,
quî iudicare apte & recte poſsit
ac valeat? Alioqui deinceps cæcus
pronuntiet de coloribus, ſurdus de
ſonis iudicium ferat, ægrotus de
ſaporibus audiatur. Aſſumptum
facile confirmatur ex eo quòd im-
peritiſsimè & citra vllam iudicii
particulam affirmat, Maximum eſ- »
ſe in philoſophia errorē, ſi quis opi »
netur potentias & δυνάμεις, Animi ac-
cidentia eſſe non partes. Nam pri-
mo Ariſtotelis hæc eſt ſententia in
libris de Animo, vt etiam ex aliis
eius locis & teſtimoniis clariſſimè
demonſtrat Thomas. Deinde non

posse esse Animi partes siue integrantes siue constituentes suprà liquido effectum. Prætereà dicere potentias naturales, non esse accidentia, quæ scilicet referantur ad secundam Qualitatis speciem, est hominis egregiè in Philosophia peregrinantis, qui Categorias Aristotelis, Philosophici organi principium, vel non salutauit, vel non intellexit. Denique, vt tuam imperitiam omni ex parte nudem Philosophastrorum ineptissime, proprietates non habes in accidentibus, dum animum tuum duntaxat conuertis ad accidens, quod appellatur prædicabile, & non animaduertis aliud esse patẽs latius, quod vocatur Categoricum siue prædicamentale, quale quicquid non est Substantia cõplectitur, & ad quod proprietates siue accidentia pro-

pria referuntur. Sed ſit maximus in Philoſophia error Animi potẽtias in accidentibus reponere, ergo Schegkius rectè ſe negat Sabellianum: Ergo Schegkius efficaciter à ſe Sabellianiſmi crimen depellit, & probe Apologeticum criminanti opponit?

Quod me hypocritam ſalutas, nihil planè me mouet. Nam illud eſt vobis & cæteris hæreticis familiare, vſitatum, tritum, eos appellare hypocritas, qui Dei cauſam tuentur & pro pietate atque religione omnem cõtentionem, odiũ, inimicitias fortiter ſuſcipiunt. Tibi ſim hypocrita Schegki, modo Deũ & diuinas hypoſtaſes, à quibus gratiã, benedictionẽ, denique gloriam expecto, à tuo Sabellianiſmo vindicẽ. Tales blaſphemias & conuitia Catholici ſolemus à

vobis audire, quoniam vos omnis virtutis & pietatis exortes in nullo earum vmbram & ſpeciem ferre poteſtis. Adeo horretis omnem probitatem, omnem virtutem, vt ſi qua eius in aliquo imago eluceat, protinus ſibiletis. Aperta enim impietas & Numinis contemptus vobis duntaxat arrident. Sic Iulianus Apoſtata B. Petrum Apoſtolorum principem & Romanæ, id eſt, Catholicæ Eccleſiæ dedicatorem hypocritam in libris ſuis contra Galileos nominabat. Sic Arriani & plerique alii Apoſtatę Catholicos ſuo furori officiẽtes hypocritarum vocabulo inſigniebant. Non me etiã læſum exiſtimo, quando me Philoſophiæ rudem, ignarum, magis in linguarum ſtudiis, quàm Philoſophorum libris, & Scholaſticorũ commentariis verſatum, Hebrai-

Cyr. extremis verbis lib. 9. cont. Iulia.

cum doctorem, Parisiensem Sorbonistam cõmemoras. Modo intelligas te à teipso facile refelli, qui dum me Magistrum & doctorem Parisiensem salutas, simul me artiũ peritum profiteris. Neque enim quisquam ad tãtum ordinem, tam pręclaram & eruditam facultatem recipitur, nisi prius Philosophiæ magisteriũ & lauream, plenè fuerit consecutus. Et certè nescio, quo pacto quisquam cum aliqua sui laude possit Sorbonicas disputationes agitare, nisi Philosophia egregiè instructus, siue ad respondendum, siue ad differendum. Si Sorbonica palestra tibi per totum diem esset exantlanda à summo mane ad extremam vesperam, si dies ille integer tibi esset cõsumendus retexendo, excipiendo, vociferando, concedendo, negando, distinguendo,

reſpondendo de omnibus ferè rebus non more Germanico, ſed Gallico, id eſt, temperanter & ſobriè, abſque cibo & potu, planè admitteres id non poſſe vel mediocriter perfici abſque logices atque adeo omnium Philoſophiæ partiũ vſu maximo. Optarim aliquando eſſes periclitatus, quantum Philoſophicæ cognitionis illa ſancta exercitatio poſtulet, niſi vererer ne in medio actu deficeres. Nunquã enim, vt audio, ſitim ferre potuiſti. Quin potius eam ne aliquando patiare, ſoles anteuertere & ſemper è lagænæ Spiritu olens, implere Satyrici verſum,

inter pocula quærunt
Hæretici ſaturi, quid dia oracula narrent.

Philoſophamur quidem etiã nos, ſed multo temperãtius, multo do-

ctius, sanctius, sapientius, quàm tu. Nam Philosophiã magistræ Theologiæ inseruire, ancillari, obtemperare cogimus. Theologiam imperare, dictare, præscribere iubemus, eóque Saræ heræ & Hagaris ancillæ, Abrahæ vxorũ, tropologiam cum Philone & Hebræis referimus. Philo est in manibus. Hebraica autem afferrem, verum tu ea non intelligis, imo verò intelligentibus illudis. Sed nec Scholastici nostri doctores, quibus solis Theologiam Parisiensem constare initio Patres tui Lutherani garriebãt, dum ipsius neruosis & aculeatis argumentis premerentur, intelligi non possunt, opinor, sine Philosophia, quam mihi audes, homo audacissime, derogare. At tuo stomacho indulgeo, qui maledicendi studio excæcatus non vides meos li-

Gen. 16. Philo lib. de congressu quærenda erud. gratia & lib. 2. Alleg. leg.

bros de S. Trinitate omni Philoſophiæ genere eſſe conſperſos, nec illud argumentum potuiſſe à me tractari vberiùs, quin neceſſario ſiue ad tua refellenda, ſiue ad Trinitarios frangendos, Philoſophia vterer. Hoc ipſe ſentis, hoc intelligis. Te enim mea Philoſophia ſic conſtrictum tenet, vt neſcias qua parte Sabellianiſmi carcerem poſſis euadere. Te adeò implicat, te adeò illigat, vt nodum è tuo inſano capite, non poſſis vlla argumentorum vi excutere. Aperi oculos, Schegki, & iam Philoſophicis inſtitutis procedentem aduerſus tuas Sophiſticas machinas & cum vera ſapientia tuam fucatam, falſam, fumoſam ſophiſticen non modo adæquantem, verũ etiam ſuperantẽ excipe.

Teſtimoniũ Schegkij de Genebrar-

Primum (inquis) quod ſcripſeris non reprehendo, & pleraque nó

diſplicent. Sunt enim nihil aliud *do pag. 2. id eſt, 481.* quàm collecta & farragines quædam, auctorum eccleſiaſticorum piè & eruditè de Vnitate Eſſentiæ & Trinitate perſonarũ S. Trinitatis diſſerentium, quæ tu ſanè in vnum contraxiſti volumen diligenter, quod ipſum tamẽ alius quoque præſtare potuiſſet, & præſtiterunt etiam, id ipſum Germani nonnulli multò dexterius, quàm tu, qui mei laboris & operis gratè meminerũt. Si quicquam inimici valet teſtimonium, habeo ex inimico homine meam de Sancta Trinitate lucubrationem à pietate, eruditione, diligentia commẽdatam. Quæ de Vnitate Eſſentię, & Trinitate perſonarum diſſerui, tua confeſſione, pia ſunt, erudita, atque in his mea aliqua emicat diligentia, Gorgia, cur ergo non aſſentiris? Cur con-

tra pietatem, eruditionem, diligentiam dimicas? Cur nobiſcum non confiteris Deum eſſe ſubſtantia vnum, perſonis re ipſa diſtinctis & ſeorſim conſiſtentibus, non in Eſ-
Pag. 485. ſentia vna productis (nam hæc tua ſunt verba) trinum? Appellas, vt meum opus inuide & maleuole eleues, collecta & farragines, quaſi nihil è meo ſenſu deprompſerim, totus ex aliis pependerim. Quod tibi largior facilè, ſi de ſententia contendis. Nam non puto pii eſſe & ſapientis nouas ſententias & opiniones de diuinis rebus cudere, nouas res moliri, quicquam de receptis religionis Chriſtianæ & Catholicæ capitibus immutare. Tibi reſeruetur hæc palma, apud quem nihil videtur eſſe tam ſanctū, tam inuiolatum, quod non audacia, impudentia, garrulitate violare, teme-

raréque audeas. Si de modo disserendi, si de tractandi forma & methodo, si de copia & ratione dicendi intelligis, obsecro, quis ante me ista via hoc tractauit argumẽtum, quis ante me tot támque exitiosas & pestilentes hæreses vix dum vagiẽtes à cunis eodem opere extinguere est conatus. Quis ante me impietatem, detexit Schegkii diobolaris Philosophi, duûm Aphorismorum medici, qui dum à Philosophia ali non potest, à medicina stipe non afficitur, repente Theologus euadit,

Et fonte labra proluit Solymano
& in tricipiti meminit somniasse
Sijone,

vt qui non potuit rem & quæstum è Philosophia & medicina facere, an noua Theologia vna nocte cõparata præsentius & vberius lucrũ

conueheret, experiretur? Sint ſane mei libri de Sanctа Trinitate collecta & farragines, tamen quia tuo iudicio (quod alioqui perpetuo ſenſi valde eſſe exiguum) piè, eruditè, diligenter diſſerunt de re ardua & ſancta, citra cuius fidem & confeſſionē æternùm perire oportet, quid hæſitas, cur non accedis, cur non obtemperas? quamobrem non das manum? Hoc ipſum (fateor) alius quoque prę̨ſtare potuiſſet. Nam non adeo ſum meorum fætuum amans, vt me præ cæteris ſcire vel ſapere exiſtimem. Legi,
1.Cor.8. quod Sanctè prodidit Apoſtolus, Qui ſe exiſtimat aliquid ſcire nondum cognouit, quo modo ſe opor
Simia. teat ſcire. Noſti cuiuſmodi ſit, illud animal, quod nimis arcto complexu, nimiū fatuis & ſtultis ſuauiis catulos ſuos necat. Vtinam tu

ab eius moribus abhorreres. Non te tua peccata vſqueadeò oblectarent. Expungeres, quæ tibi nimis audacter & imprudenter exciderunt. Tuos errores elueres copioſiſſimo lachrymarum imbre, nec grauiter ferres doceri à Theologo, vultus tui maculas ab ipſo indicari & detergi, Sed nondum noſti, quo modo te ſcire oporteat. Quin potus impingis in illud Apoſtoli, Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam & fallaciam inanem, ſecundum traditionem hominũ (vt Brentii, vt Lutheri, vt Caluini magiſtellorum tuorum) ſecundũ elementa mundi & non ſecundum Chriſtum, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. *Col.2.*
Iam quod ſubiicis, non æquè tibi concedo. Et præſtiterunt etiam id « ipſum Germani nonnulli modo «

„ dexterius, quàm tu, qui mei tamen
„ laboris & operis gratè meminerũt.
Audio, cur tibi videantur dexterius, quàm ego, de hoc religionis capite conſcripſiſſe. Quoniam tui laboris & operis gratè meminerũt. Si ego, quemadmodum & illi te demulſiſſem ſuauiter, ſi te mulum vel aſinum leniter perfricuiſſem, dexterrimè ſcripſiſſem. Mea lucubratio minime haberet parem. Si tua flagitia nõ detexiſſem, quemadmodum fecerunt iſti, quos intelligis (ſunt autem, opinor, Zanchius, & paris ponderis ſectarii, cõtra quos multa meditor, ſi domin⁹ aſpirauerit) ſi tuam camarinam nõ commouiſſem, Deus bone & immortalis; cùm mea collecta ſint nunc ſolùm pia, erudita, diligẽtia, quid non tunc eſſent! quam laudem nõ conſequerentur? Iam quia
Aſini

Aſini aures non permulſi, palpum blandè mulo prurienti, laſciuienti, καὶ καταστρηνιάζουσι nequaquam obtruſi, præſtiterunt etiam id ipſum Germani nõnulli dexteriùs, quàm ego, qui tamen laboris & operis Thraſonici Gorgiæ gratè meminerunt. Iuxta vetus verbum, Mutuo muli ſcabunt, cui rudis ego Mulorum agitator, dum me accommodare neſcio, duriter & acerbè nimis eorum dorſa tundo, cædo, lacero. Ventidius enim ego ſum, diſſimulare nequeo. Atque hinc illæ lachrymæ, hi planctus, hęc conuitia.

Interim etſi omnium minime magnificè de me ipſo ſentire ſoleo & volo, minus etiam prædicare, ne moleſte ferto, ſi præter conſuetudinem, nihil in hac parte tuis Germanis cõcedo. Nam ſcio quos intelligis. Nõ certè Catholicos, quã-

do es hæreticus & idolorum tuorũ atque figmentorum cultor præcipuus. Germanis Catholicis manum do, cedo, eorum labores probo, laudo, ſuſpicio. Eorum aliqui præſtiterunt & pręſtabunt idipſum multò dexterius, quàm ego. Sum enim Catholicorum minimus, & dona Dei in reliquis vigentia & emicantia nõ modo veneror, ſed etiam ad
1.Cor.12. me pertinere puto, doctus ab Apoſtolo, Vnicuíque dari manifeſtationem Spiritus ad vtilitatem, Eccleſię videlicet, cuius me membrũ, Vtinam viuum & ſanctum, me eſſe glorior. Quoniam verò hæreticos mecum comparas, nego iſtorũ aliquem dexterius, quàm ego iſtud præſtitiſſe, aut etiam præſtare poſſe. Eſtis omnes indocti, Abecedarii, nec Græcè nec Hebraicè ſine lexico intelligitis. Si periiſſent lin-

guarum elementa & lexica, actum esset de vestra sapientia. Si quis vestrum aliquid ex Epiphanio & cæteris auctoribus vertat, quot committet errata? quanta inscitiæ suæ relinquet vestigia? Vt Catholicum oporteat de nouo interpretari, vel insumptum laborem corrigere & emaculare, vel lippientibus hæreticis aliquam lucem addere. Quantum ad disciplinas, quotusquisque vestrum est, quęso, qui seriò vnquā sit Philosophatus! Qui serio Mathematica, Metaphysica, Theologica didicerit! Cui magnopere nota sit iuris vel diuini vel humani prudentia! Multi quidem aliquid ex omnibus delibastis, sed nihil plenè hausistis, vt de vobis Gallicū prouerbium teri possit, & debeat, Ex omnibus rebus parum aliquid, & ex omnibus nihil. Nónne è tuis

operibus ſatis liquet Græcam tuã eruditionem, qui tamen es vetulus Philoſophus, vel potius delirus Sophiſta tribus aut quatuor vocabulis eſſe comprehenſam! Quemadmodum Rami vniuerſa Philoſophia tribus Græcis vocabulis continetur καθ' ἑαυτὸ, κατὰ συμβεβηκὸς, καθόλου, ſic tua non multò pluribus. Detrahe ex omnibus tuis ſcriptis οὐσίαν δύναμιν, νόημα, τῷ πράγματι, τῷ λόγῳ, & paucula alia, quæ Græcè non maiorem habent vim, quàm Latinè, niſi ad obſtupefaciendas imperitorum tuorum diſcipulorum mentes, & ſenties te ad tuæ Philoſophiæ fundum perueniſſe, nihil habere prætereà, quod mutias. Adeò omnia tua ſunt ieiuna, exilia, puerilia, frigida. Quocirca concedens Catholicis copioſiorem rerum diuinarum & humanarum ſcientiam, mihi contra vos aſ-

ſumo omnia, tribuo, arrogo. Me enim puderet hæreticis vllo armorum genere cedere, confirmatum D. Pauli ſententia, Quod ſtultum est Dei, ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Apud vos Spiritu Eccleſiæ ſancto deſertos Dei dona iacent, apud vos Ægyptiæ tenebrę craſſiſsimæ & pluſquam Cimmeriæ latè regnant, apud vos boni & gratiæ Dei, à quo omne bonum, perfectio, gratia defluunt, ſumma ſterilitas, maxima penuria, *1. Cor. 1.* *Iac. 1.*

Tetra rei facies ac horrida mortis
imago.

viget ac cernitur. Vis id intelligere ex iis, quos tãtopere laudas, & mecũ audes cõferre? L. Loſſi⁹ Luneber gẽſis in cõmẽtariis ſuis ĩ tres libros Alcuïni de Trinitate quãtis impuritatibus fœdat Sanctã doctrinã de *Germani Arrianizant, vel Sabellianizant.*

diuinis hypoſtaſibus; Pagina decima quarta, hæ tres (ait) perſonæ inter ſe & *eſſentialiter diſcretæ*, & nihilo minus coæternæ & coæſſentiales. Pagina decima ſeptima enarrans tertium caput. libri primi, hæ tres (inquit) perſonę coæquales nō diſcernuntur imagïnatiuè, vt vocant, ſeu accidentaliter, ſed reipſa & *eſſentialiter*. Quin etiam id facit Alcuinum pium & eruditum virū ſanctiſſimè ſentientem & ſcribentem eiuſdem libri capite duodecimo dicere. Sed hæc tria, verè etiam tria ſunt, ineffabilitérque tria, & *eſſentialiter tria*, habentia proprietates ſuas. Vbi Alcuinum vſurpaſſe hāc vocem *Eſſentialiter*, nullo modo eſt probabile, ſed vel poſuiſſe realiter, vel nihil iſtorum ſcripſiſſe. Contextus ergo iſtè à Germanis confictus ad ſtabiliendam impie-

tatem, quam postea sceleratissimè interpres Lossius sic explicaret, *Essentialiter tria sunt*, hoc est, hę tres personæ Trinitatis verè inter se distinctę sunt, seu sunt reuera tres hypostases coæternæ & homusiæ, quarum quælibet suas habet proprietates, quibus ab aliis *substantialiter* distinguitur. Quibus omnibus, quid possit dici perniciosius, quid magis cogitari Trinitarium, quid magis sentiri Arrianum equidem nescio. Et hic dexterius scribit quàm ego? Dexterius etiam scripsit de Trinitate, quàm Ego Palatini Comitis minister Zanchius, qui in ipso libri introitu doctrinā Trinitariorum commendauit, cælauit, insculpsit, de tribus Elohim siue diis. Negare enim non potest si vel attigit rudimēta linguæ Hebraicæ, Elohim iunctum cum ad-

iectiuo pluralis numeri Deos significare, quos tres illo opere esse contendit. Vnde non magis Christiana est hæc propositio, non magis sacra, quæ ipsi placet tantopere, Sunt tres Elohim, quàm ista, Sunt tres Dii, quod dicere Catholica religione prohibemur, vt nunc præteream sexcentas alias impietates modo Philoponum, modo Arriũ, modo Sabellium olentes, quoniã eas priuato libro cum doctrina Catholica, aliâs ponderabimus, dantes operam, vt tu & tui ordinis reliqui intelligatis, quàm incõstans, varia, incerta apud vos sit de Deo opinio atque sententia. Dexterius rursum, quàm ego Tigurini & Lipsienses matæologi Sanctam Trinitatem tractarunt, qui suis à Spiritu Ochini haustis omnia de Deo controuersa & dubitabilia reddi-

In Symbo. Athan.

derunt. Dexterius denique, quàm ego Caſtalio, qui ab hæreticis Gallis, ad Germanos hæreticos, tutiſſimum omnis ſceleris perfugium transfugiens, toleratus, eſt Baſileæ, ex Italico vertere & publicare Dialogos contra filii Dei, & Spiritus Sancti diuinitatem. O tempora, O mores, Minus, quàm iſti, dexter ego, quoniam piè, erudite, diligenter, aduerſarii mei teſtimonio, de Deo Patre, Filio & Spiritu ſancto tres libros euulgaui, & arces atque firmamenta Trinitariorum, Antitrinitariorum, Autotheanorũ impiorum, qui ſe apud Germanos in tres factiones ſecuërant, præcipitante Domino & diuidẽte linguas *Pſal.54.* eorum, acerbiſſimo luctu, mœroréque diſieci. Verũ audiamus, quid in illo meo opere repereris, quod tibi bilem tantopere inflãmauerit.

Pag. 483. Scribis (inquit Schegkius) me Brentii dogmate gloriantem hæc & illa dictasse contra præcipuum fidei articulum. Hæc quidem certe scripsi, & iterum scribo, tibíque tuarum absurditatũ, imò verò impietatum paginam digito designaui. Quę cum liquida & aperta sint, quid dubitas vel recognoscere, vel defendere, vel si impia sũt, vt sunt, recantare? Tergiuersari non est solueret argumentũ. Si non es Sabellianus aperte dicito, aperte proferto, aperte scribito. Retineo quidẽ vnam numero essentiam triũ, quæ à Patre, Filio, & Spiritui sancto plenè sit communicata, sed simul fateor tres personas illa Essentia prę-ditas non modo re distingui, verũ etiam per se subsistere, quemadmodum video Abraham, Isaac, & Iacob per se subsistentes, nõ quem-

admodum exiſtunt tres Animi facultates,vegetans, ſentiens, intelligens, cùm iſtas conſtet nullam obtinere per ſe cohærentiam, ſed vel eſſe partes Animi in ſuo toto conſiſtẽtes, vel proprietates in ſua ſubſtãtia ſiue ſubiecto firmatas, atque fultas. Quid iſthæc confiteri ſimpliciter dubitas, ſi Sabellianiſmum vis ſerio à te depellere? Multo enim efficacius paucis his verbis ab iſtius criminis ſuſpitione liberaberis, quàm ſi centena millia verborum fundas.

Cum autem de re & ſententia eſſet diſputandum, vt ex animis & cogitationibus quæſtionis ſtatus eripiatur, tu inſiſtis circa Brentii mentionem, quam obiter feceram. Primùm (inquis) quod ſcribis me gloriari, de dogmate Brentiano, inſignis calumnia eſt. De nullius

» enim dogmate vſpiam glorior, nec
» iſto præſenti neque aliis ſcriptis e-
» tiam me vllius dogma defendere
» præ me tuli vnquam, cùm non mi-
» nus alienum ſit à Philoſopho de-
» fendere, quàm ipſum auctorem eſ-
» ſe alicuius fraudis & erroris. Iura-
» tus autē ſum in nullius verba Ma-
» giſtri, ſed quocunque me ducit ve-
ritas, eò ſequor. Eſt quidem alienũ à Philoſopho cuiuſquam impium dogma defendere verùm, vt tute certius noſti, vos Philoſophi æmulatione Medeæ, meliora cernitis, deteriora facitis, virtutes magis laudatis, quàm ſequimini. Prætereà ambitione, auaritia, gratia & cæteris animi morbis, quibus turpiter ſeruire ſoletis, plurima contra conſcientiam temere & improbè defendenda ſuſcipitis. Notum eſt illud Hieronymi, Philoſophus glo-

Hieron. ad Pammachiũ ſuper obitu

riæ animal, & popularis auræ atque rumorum venale, viléque mancipium. Nec minus expertum vetus Tertulliani verbum ab eodem Hieronymo repetitum & laudatum, Philosophi Patriarchæ hæreticorum Ecclesiæ puritatem peruersa maculauêre doctrina. Posteà pueriliter exultas illa ad Flaccum allusiuncula, quasi ad tuam professionem maximè faciente.

Paulinæ et in consolatione ad Iulianũ, Tert. de præs. Hieron. ad Ctesiphontem.

Nullius addictus iurare in verba
magistri,
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.

Atqui nihil poteras è toto flacco vsurpare, quòd te magis impium ostenderet, quòd tuam famam vehementius læderet, quòd te hæreticum aut etiam atheum euidentius demonstraret. An putas in capitibus de religione in nullius ver-

ba magiſtri eſſe iurandum? An non
2.Cor.10. cenſes cum D. Paulo captiuũ efficiendum
eſſe intellectum in obſequium
Chriſti? Chriſtus de cœlo
magiſter datus eſt, in cuius verba
iurare oporteat. Sic enim habet Eſaias,
præceptorem eum dedi gentibus.
Ioël.2. Quare & ipſum Ioël doctorem
Deu.18. iuſtitiæ, appellat, & Moſes
prophetam alterum ſe, quem audire
neceſſe ſit, ſi quidem ſalui eſſe
velimus, cui etiam Deus Pater præſente
in nube Spiritu ſancto, circũfuſis
Mat.17. tribus præcipuis Apoſtolis,
colloquentibus Moſe & Elia, teſtimonium
perhibuit, ipſum audite.
Præterea iurandum eſt in verba
Apoſtolorum & Prophetarum, vt
quicquid dixerint, prædicauerint,
ſcripſerint, tradiderint, etiam ſi tuũ
ingenium, tua Sophiſtice, impudẽtiſſime
Gorgia, refragetur, firmiſſi-

mè teneatur, & ad id humanæ rationes allidantur. Habes & tertium magiſterium, in cuius verba probos iurare oporteat, Eccleſiam vitæ & religionis magiſtram, matrē, principem, quæ in Canticis iubetur paſcere greges ſuos iuxta tabernacula paſtorum & præcedentium gregum, qui perenni ſucceſſione continentem efficiunt Eccleſiam, veſtigia proſpicere ac ſequi. Cuius tanta eſt auctoritas & in dogmatibus definiendis, ſi quæ noua veſtra hæreticorum improbitate exorian tur, dignitas, vt Chriſtus Dominus vociferetur, Si quis non audierit Eccleſiā, eſto ſicut ethnicus & publicanus, Paulus ſuffragetur, Eccleſia fundamētum Dei viui & columna veritatis, Prophetæ & Apoſtoli addant ſuos calçulos, In illa die dicent, Aſcendamus in mōtem

Cant.1. *Mat.* *1.Tim.* *Eſ.2.* *Mic.4.*

Domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas. Quia de Sion exibit lex & Verbum Domini de Hieruſalem. Quartum magiſtrum tibi afferrem, ſi te ex ſtulto inſanum vellem facere, qui ad Sanctorum Patrum mentionem protinus excãdeſcis. Poſuit enim Deus in Eccleſia quoſdam Prophetas, alios doctores, alios paſtores, in miniſterium ſanctorum, ad ædificationem corporis Chriſti, quos qui reiicit, Deum hunc ordinem in Eccleſia inſtituentem reiicit, tanto Chriſtianæ diſciplinæ diſpendio, vt Miniſtri etiam veſtri Satanę adminiſtri, quò ſuo impuro miniſterio pretium & authoritatem concilient, à vobis credulitatẽ exigant, doceant, ſcribant, prædicent debere populum pendêre è doctorum & miniſtrorum ſuorum vocibus.

Ephe.1. & 4.

Quare

Quare ſi Brentius viueret, olim à Satana tibi tuæque Eccleſiæ Sabellianæ ad miniſtrandum ſuum verbum præfectus, te pro ſuo iure diris ſubiiceret, quòd ab ipſo reſilire pro arbitratu fas eſſe putes & miniſterii prærogatiuam inuadere. Sed glorietur Gorgias ſe in nullius verba magiſtri eſſe iuratum. Ego iuro & ſanctè affirmo me iuraſſe in verba Magiſtri Chriſti, in verba Magiſtrorum Apoſtolorũ Apoſtolicorúmque, in verba Eccleſiæ, in verba etiam Sanctorum Patrum Catholicè ſentientium. In ſolis rebus dubiis & ſub iudice adhuc poſitis cuique ſuum liberum iudiciũ permitto, vt mihi quoque illud ſumo. Si illorum aliquid capio, Deum laudo, benedictione & gratiis proſequor. Si non capio, nihilo minus credo, & Deum obſe-

Psal.118. cro ſuppliciter cum Pſalmographo, Reuela Domine oculos meos, vt intelligam mirabilia de lege tua. Aug.li.4. contra Maximin. Apud me ingemino Auguſtini ſententiam, Qui poteſt capere capiat, qui autẽ non poteſt credat & oret, vt quod credit intelligat. Verum eſt enim, quod per prophetam dicitur, Niſi credideritis non intelligetis. Vter noſtrum rectius, ſanius, ſanctius! Ego ne', qui in rebus fidei me iuraſſe profiteor, in verba magiſtri Chriſti, Magiſtrorum Apoſtolorum & Apoſtolicorum, magiſtræ Eccleſiæ, magiſtrorum denique illorum, quos Deus in Eccleſia poſuit doctores, paſtores, miniſtros & diſpenſatores myſteriorum Dei, An tu, qui Auerrois & Galeni duntaxat teſtimoniis & factis ſuſtentaris apertè fidem Chriſto & Moſi derogantibus, quòd

nihil reciperent, niſi quatenus opinabantur probabile? In quibuſlibet diſciplinis diſcipulum oportet eſſe credulum, alioqui non multa in illis aſſequetur, & tu, impudentiſſime Gorgia, magnus eris Theologus, priuſquã fidem vllam Theologis & Eccleſiæ accommodaueris? Priuſquam in eorum ſententias & ſcita iuraueris? Quid, putas, facit hæreticum? certè electio. Nam, auctore Hieronymo, hæreticus denominatur ab hæreſi, id eſt, electione, qua quis verba dictáve magiſtrorum & ſapiẽtum deſerit, ſua verò antefert atque eligit. Quo pertinet etiam illud Auguſtini, hæreticus eſt, qui nouas & falſas opiniones de Deo rebúſque diuinis, aut gignit aut ſequitur. Apage igitur Gorgia, cum tuo Flacci Epicurei verſu. Non clarius te monſtrare

poteras hæreticũ, quàm dum buccinas in negotio de Trinitate, de vnione Perſonali, & naturis ĩ Chriſto duabus, de Dominici corporis
„ circũſcriptione & finitate, Iuratus
„ autem ſum in nullius verba Magiſtri. Nam in iis & aliis huiuſmodi, debebas eſſe iuratus in decreta Eccleſiæ magiſtræ tuæ, veritatis columnæ, in verba prophetarum & Apoſtolorum, in ſenſum & conſenſum Sanctorum Theologorũ, conciliorum, Chriſtianorum, omnium populorum nomen Domini inuocantium. Ac mirum eſt certè tantum, tam eruditum ſua opinione philoſophum neſcire fidem in quaque arte exigi, neque eſſe paſſim ſequendos coruos teſtáque lutóque, ſecuris, quò pes ferat, neque ex tempore viuẽdum. Hoc docuit Pythagoras, qui diſcipulos de al-

Perſ.

tiſſima quæſtione interrogaturos tacere iuſſit, & iſto reſponſo eſſe contentos, αὐτὸς ἔφα. Hoc confirmauit Plato, qui in Timęo de Deo & diis minoribus, Credendum eſt, inquit, veteribus & priſcis, vt aiũt, viris. Deorum enim filiis ac nepotibus non credi ſatis irreligioſum, nec argumentis licet neceſſariis, nec rationibus certis eorũ nitatur, atque firmetur oratio. Sed quia de domeſticis rebus ſibíque notis loqui vidẽtur, merito veteri legi moríque parendum puto. Hoc Hebræi probant, qui controuerſiis de lege & religione finem imponunt i. dixerunt
per ſuum אמרו חכמים Hoc Chriſtia- ſapientes. Pſal.
ni veteres ſanxerũt, qui ad Petram Nazan. or.
fidei paruulos humanæ rationis i. in Iulianum.
ſenſus allidendos & πίστευσον ſapientiæ carnis opponendum tradiderunt. Quæ ſi Sardonicè rides, ſcito

ante te risisse Galenum medicum, Auerroem Sophistam, Luçianum Atheum, Iulianum Apostatam, Celsum Philosophum, quibus soles esse similior impietate, quàm Christianis piè & inuiolatè Dei memoriam conseruantibus. Nosti, vbi trium primorum de hac re iocos & ludibria reperire debeas, quòd familiarius multò cum istis verseris, quàm cum Sanctis codicibus & libris. Duorum igitur posteriorum irrisus & scommata tibi duntaxat designabo. Iulianus Apostata aduersus Galilæos, id est, Christianos scribens tua sensa his verbis expressit, ὑμῶν ἡ ἀλογία καὶ ἡ ἀγροικία, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὸ πίστευσον, τῆς ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας. Vestrum est rationis esse expertes & rusticitate præditos, ac nihil vltra ipsum Crede, vestra habet sapientia. Celsus, autem apud

Nazian. vbi sup.

Orig. lib. 1. contra Celsum.

Origenem, nolunt (ait) Chriſtiani διδόναι λόγον, περὶ ὧν πιστεύουσι, καὶ χρῆσθαι τῷ μὴ ἐξέταζε, ἀλλὰ πίστευσον, καὶ ἡ πίστις σου σώσει σε, &c. reddere rationẽ eorum, quæ credunt & vti verbo, perquire, ſed Crede, & fides tua te ſaluum faciet. Sed quid ad iſta noſtri! Quòd Pythagoreis pariter hoc ſit primum & maximum diſciplinæ fundamentum. Quòd illi nullam dictis rationem exhibuerint, niſi αὐτὸς ἔφα, εἰς ἑαυτὸν εἴκοντος τοῦ αὐτὸς ἔφα, τῷ παρ' ἡμῖν πίστευσον, ἐν ἄλλαις συλλαβαῖς καὶ ῥήμασι, cùm tamen verbis & ſyllabis variatis idem certè polleant, ipſe dixit, & Crede. Niſi tu cum iſtis ſentis & conſpiras, iura in contrarium, addicito tuum iudicium verbis magiſtrorum, quos tibi à Deo datos ſupra commemoraui, nec tantùm iura in verba illorum, verum etiam eiura illos, qui 1.Tim.6.

contraria docent ac ſentiunt, eiura Brentium, eiura Lutherum, eiura profanos vocum nouatores, eiura
1. Timo. 6. oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam iſti promittentes circa fidem exciderunt. Qui ab Epicuro veniebãt ad Stoicos, & Academicos, non ſolum profitebantur ſe Stoicorum & Academicorum placita ſecuturos, verum etiam Epicurum de grege porcum execrabantur. Schegkius ergo ad rauim vſque vociferetur in præcipuis capitib⁹ de Religione, Nullius addictus ſum iurare in verba Magiſtri,
Pſal. 130. Ego ingeminabo illud prophetæ, Domine nõ eſt exaltatũ cor meũ, neque ambulaui in magnis neque in mirabilibus ſuper me. Sed & humiliter ſentiam, ſicut ablactatus à vberibus matris ſuæ. Conſeruabo in corde meo & cogitabo, quid ex

Patribus circumcisis ad illum locum Dauid Kimhi dictet, אשים נפשי ואשתק אותה שלא תסמוך בתכונת עצמה בנסתרות ובנפלאות אלא תסמוך על המלמדים ועל הקבלה שהיא האם:

Neq; enim dedignabor Hebraïca meditari, etsi mihi Hebraïcam professionem vitio vertere audeat indoctus sophista, quæ nec Latinè interpretabor, vt circùm æstuet Gorgias sibi omnium rerum scientiam tribuens, & more vulpis pixidem vitream circunquaque lambat, conatúsque rostrum introrsum immittere videat quidem lautitias, sed neque comedat, neque fruatur. Affers rationē paulò post, Pag. 483. cur libros de Vnione personali & naturis in Christo vtrisq; pro Brentij opinione edideris. Si fuisses sanus, non iniecisses mentionem illius operis, citra verecundiam, citra conscientiæ murmur, quemad-

modum aliquando, fauente domino, audies. Nam quid illud aliud continet quàm Brentij impietatem de Vbiquitate, quam tu eo explicas modo, quo Epicurus ſuam de natura Deorū ſententiam. Eam ille verbo retinebat, re tollebat. Vbiquitatis dogma à ſcelerato Brētio infelicis memoriæ hæretico intruſum monſtroſum verbo nominas, re, opera, ſtudio, libris extollis
Pag. 484. & promoues. Hæc vna eſt impietatum, quas promendas ad tempus ſcribebā, non item profundo quodam ſilentio ſopiendas. Conſtitui enim priuato opere explicare, quęcunque ad Chriſti perſonam & binas naturas pertinēt contra profanam veſtrarum Synagogarum diſciplinam. Tuam illic oſtendam, non dico inſcitiam, ſed impietatē cum inſcitia & ſcelere coniunctā.

Te docebo verè Epicureum, qui præter alios de S. religione triumphos, auſus etiã es illic inferos tollere, vel certè tales cõſtituere, quales quilibet Epicureus animorum immortalitatem tollens, aut languidè concedens non ægrè admitteret, ſine cruciatu, ſine pœnis, ſine vllo malorum ſenſu. Mi Gorgia ſi aliqua tibi conſcientia eſt, ſi aliquid de Deo ſentis, ſi aliquam de Deo habes διάνοιαν, ſi religionẽ, ſi motũ, prius euolue libros ſacros, prius verſa ſanctos Auguſtini & ſimilium libros, prius Eccleſiæ ſpiritum conſule, quàm te huic vel illi opinioni addicas, ne in tuis cogitationibus euaneſcas & in illud Apoſtolicum impingas. Conuertuntur in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de *1. Tim. 1.*

quibus affirmăt. Brentius non te ab ira Dei conſeruabit, Caluinus, vt canis mortuus, teſtante in ipſius vita Theodoro, non te in cœlum ſubuehet, Lutherus non illic te collocabit, cum ſatur poſt epulas egregie paſtus & potus ad inferos deſcenderit, ater ille Melancthon Protheo mutabilior, nũc ſtans nũc ſedens aliter de religione ſentiens, qui in ſinu Sathanę pernoctat, non te in Abrahæ ſinùm portabit. Au-
Ioan. 5. di meum conſilium, nõ meum, ſed Domini, Scrutare ſcripturas, illæ teſtimonium perhibent de Deo vno & Trino, illę Chriſtum hominem nuſquam vbique ſtatuunt, illæ Chriſtum Deum quoquouerſum expandunt. Illæ damnant tuos ſimiles, qui illoto ſermone ſacra tractant, Sophiſticis tenebris myſteriorum puritatem obtenebrant, in

ludis ac iocis præcipuos pietatis & doctrinæ Christianæ locos reponunt. Negare non potes tuum aduersus me Apologeticum plane orbari omni Verbi Dei testimonio. Tuum ingenium, tua commentatio valde est sterilis, quæ in supremo fidei apice, ne vnum quidem flosculum, è tam vasto sacrarum paginarum campo valuerit carpere, siue ad tuam assertionem exornandam, siue ad contrariam falsi crimine traducendam. Et vos Germani principes istum apud vos spirare, fari, viuere patimini, qui fidei vestræ Christianæ articulos, eósq; potiores, sine vllo verbi Dei vestigio exagitat, & ita tractat, vt viam Maometismo præparet, cuius exactorem Turcam vestris imminêre ceruicibus cernitis. Nec videtis Deum vestræ gẽti ira-

tum, præcipuè quòd non ſatis habuiſtis Lutheri, Brentij, Melāčthonis, Zanchii, Ochini & aliorum impiorum vtcunque in Scripturis exercitatorum domicilium apud vos conſtituere, niſi etiam in veſtro ſinu foueretis Sophiſtas apertos Verbi Dei contemptores, myſteria & religionem omnē hiſtrionicè in ſcenam producentes & de illis omnis ludibrii mimos iocula-riter inſtituentes. Nam quid eſt, quæſo, de religione ludos agere, ſi hoc nō eſt, quod his libris de duabus naturis Chriſti, poſt multas abſurdas & planè ſophiſticas diſputationes ad ridendam religionē duntaxat comparatas, interpretatus es verba Domini, Hoc eſt corpus meum, de actu ſecundo, nō de actu primo. Vti his ſophiſticis aucupiis ad obſcurandam tanti, tam

ſancti, tam auguſti ſacramenti formulam, diſtinguere de actu primo & de actu ſecundo ad omnem veritatis lucem ex oculis eripiēdam, explicare notum per ignotum, aut, ſi tu vis verba Domini fuiſſe obſcura & ignota, ea declarare per obſcuriſſima & ignotiſsima, ad perterrefaciendas pias mentes, hoccine eſt interpretari, non hiſtrionem, non morionem, non irriſorem agere? Sed iſta perſequi deſino, quoniam habes Claudium Sanctium præceptorem meum Theologum olim pariſienſem, hodie etiam epiſcopū Ebroïcenſem egregium hæreticorum monſtrorum domitorem libro primo repetitionum diligenter & eruditè iſtum tuum actum iocularem & ſcenicū perſequentem & viceſimo ſecundo numero inter octoginta qua- *84. hæreticorū interpretationes de Verbis quatuor Domini.*

tuor impias & profanas tantillorũ verborum enarrationes à veſtris Miniſtris parum ſobriè excogitatas recenſentem. Verum ad crimen
Pag.485. Sabellianiſmi.

Conquereris, quòd te Sabelliani ſceleris inſimulem. Calumniam eſſe clamitas. Quare igitur ſimplicem hanc Eccleſiæ confeſsionem perhorreſcis? Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ſunt tres res, ſiue hypoſtaſes. Quare eam non ſimpliciter confiteris, ſed ſic interpretaris
Pag.486. tergiuerſando. Pater filius & Spiritus ſanctus, tria ſunt realiter & hypoſtatice diſcrepantia quædam. Non enim idem penitus, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum tres eſſe res, aut hypoſtaſes, & tria eſſe re ipſa diſtincta. In priore aperta eſt Sabellii reiectio, in poſteriore latet Sabellius. Exemplo, obtuſi Philoſo-

Philoſophi animum volo illuminare pro meo Magiſtri officio. Ponis, diſcipule, tres Animi facultates reipſa inter ſe diſcrepare. An proinde tres ſunt hypoſtaſes, an proinde per ſe conſtant, ſeorſum à ſe inuicem ſubſiſtunt, an proinde tres ſunt per ſe, ſeparatim, diſtinctè hærentes. Nam per ſe ſubſiſtere, hoc demum eſt eſſe hypoſtaſim ſiue perſonam. Nondum vt video, noſti inter perſonalem & realem diſtinctionem diſcernere. Non enim omnia quæ diſtinguntur re ipſa, diſtinguntur etiam perſonaliter, ſiue hypoſtaticè. Medicina (opinor) & Theologia in Schegkio realiter diſcrepant, hypoſtaticè non item. Nã in eo plures eſſent perſonæ. Non ipſe duntaxat per ſe conſtaret, verum etiam medicinà per ſe in ipſo haberet cohærentiam, ſimiliter &

Non omnis diſtinctio realis eſt hypoſtatica.

Theologia. Quo nihil absurdius, nihil à ratione, & notatione personæ remotius, secundum quam Pater & Filius non tantùm realiter distinguuntur, vt tu censes, sed prætereà personaliter, dum per se cohæret Pater, per se filius. Exemplo alio Christianis omnibus, propter quotidianum Symboli Athanasiani vsum, familiari idem demonstrari potest. In Domino duæ naturæ, diuina, & humana, re vera & omnino differunt, nec tamen duas constituũt hypostases, quoniã per vnionem hypostaticam in vnam hypostasim coalescunt. Sicut enim anima rationalis & caro vnus est homo, id est, vna hominis hypostasis, ita Deus & homo vnus est Christus, id est, vna & eadem Christi hypostasis siue persona. Dum aliter sentis, dum aliter scribis, cum Ne-

ſtorianorũ & Euthychianorũ fundaměto inſcitiæ pleno confuſioně inducis, quã Philoſophus verberibus diſſolueret. Iſti enim eodẽ, quo tu, acumine nõ poterãt inter naturale, ſiue reale, & perſonale, ſiue hypoſtaticũ diſcrimen diuidere, ac cũ vtrumque confunderent, atque idem eſſe penitus realiter & perſonaliter diſtingui opinarẽtur, quot, obſecro, quantos, quam varios & diſcrepantes errores iſti falſo principio aſtruxerũt? Nihil fingo Gorgia. Nam diſertè pronuntias poſt recitatas rapſodias propoſitionum *Pag. 485.*
tuarum contra Seruetianos, An nõ »
pudet paries dealbate tam aperta »
& tam inſigni calumnia eius hære- »
ſeos, quempiam inſimulare, qui tot »
argumentis & rationibus teſtatum »
fecerit, non accidentia eſſe quædã »
diſcrimina hæc perſonarum, ſed »

» eſſentiæ vnius, non diſcretas eſſen-
» tia, *ſed in eſſentia vna productas hypo-*
» *ſtaſes* realiter diſcrepantes & incō-
» municabilia quædam τὸ δέ τι & *ne-*
» *quaquam* τοῖον δέ τι *quoddam exiſtentia*
» *ſingularia & incōmunicabilia.* Quo-
» ties dixi, quoties ſcripſi, perſonas
» diuinas non eſſe aliquid in Eſſentia
» diuina, vt ſit accidens, aliâs in ſub-
» iecto inhærens quidpiam, ſed eſſen
» tiam diuinam nihil aliud eſſe dixi,
» quàm ipſum Patrem, & ipſum Fi-
» lium & ipſum Spiritum ſanctum,
» *vt anima nihil aliud ſit, quàm omnes*
» *ſuæ potentiæ* & non ſubiectū quod-
» dam potentiarum. Quid volunt,
quid deſignant iſta verba, *in Eſſen-*
tia vna productas hypoſtaſes: itē hæc,
hypoſtaſes nō eſſe exiſtentia ſingularia.
Denique quorſum repetis illud ſi-
mile de Animo, cuius cauſa te pro-
baui Sabellianum? Prætermitta-

mus, ne te nimium cruciemus, diſputationem, ſintne Animi facultates accidentia. Demus eſſe partes, quando id vis. Nunc conſiſtamus in ſimilitudine. Si Animi facultates ſunt eius partes, hypoſtaſes erunt partes diuinæ eſſentiæ, aut claudicabit ſimilitudo, quam vis eſſe exactiſſimã & plus facientem ad conuincendos Trinitarios, quàm innumera Patrũ argumenta & ſcripta, niſi quatenus productionis ſiue emanationis modus deficit. Sed nec in eo claudicare, non grauatè cõfirmabis poſteà. Quan- »
do (inquies) Pater aut Filius aut Spi »
ritus prædicantur de Deo, *prædican* »
tur vt partes ſeu perſonæ vnius Dei de »
tota eſſentia, & vt aliâs partes defini- »
tionis, de toto eſſentiali definito. »
De his aliâs abundè ſatis à me di- »
ctum. Quam ſententiam ſparſim »

Hypoſtaſes Schegkio ſunt diuinitatis partes & potentiæ. *Pag. 523.*

hoc tuo Apologetico complecteris, & proxima oratione hanc nouam Theologiam à te sæpius traditam & explicatam ingenuè confiteris. Quo pacto igitur diuina essentia erit simplicissima, maximè incorporea, omnino singularis, perfectissimè indiuidua, absolutissimè insecabilis? An illud, mirifice chimerarum artifex, perfectissimè est incorporeum, indiuiduum, singulare, insecabile, ἄτομον, simplex, quod in partes, te doctore, scinditur? Vnde hausisti hanc Philosophiam Patrem esse diuinitatis partem, Filium & Spiritum sanctũ ad diuinam Essentiam tãquam ad totum referri? Si vel magistrum Sententiarum legisses, atque eius rationum momenta expẽdisses, nunquàm, opinor, te hoc errore alligasses. Nec est (ait) aliqua trium

lib.1.sent. dist.19.

personarum pars Dei vel diuinæ essentiæ: quia singulę harum verus, & plenus est Deus & tota & plena diuina essentia, ideóque nulla istarum in Trinitate pars esse potest. Quod Augustinus contra Maxi- *Aug. li. 4. cōtra max. cap. 10.* minum Arrianum sic confirmat, Putas Deum Patrem cum Filio & Spiritu sancto vnum Deū esse non posse. Times enim ne Pater sit pars vnius Dei, qui constet ex tribus. Noli hoc timere. Nulla enim fit partium in deitatis vnitate diuisio. Vnus est Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus, id est, ipsa Trinitas vnus est Deus. Ergo, inquit, Deus Pater est pars Dei: absit. Tres enim personæ sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, & hi tres, quia vnius substantiæ sunt, vnum sunt, & summè vnum sunt, vbi nulla naturarum, nulla est diuersitas volun-

tatum. Hi ergo tres, quia vnum ſunt, propter ineffabilem coniunctionem Deitatis, qua ineffabiliter copulantur, Vnus Deus eſt. Pars ergo Trinitatis eſſe nō poteſt, quicunque vnus eſt in tribus. Nec huius Trinitatis tertia pars eſt vnus, nec aliquid maius duo, quàm vnus eſt ibi, nec maius aliquid ſunt omnes, quàm ſinguli: quia ſpiritalis, nō corporalis eſt magnitudo. Qui non poteſt intelligere credat, oret, vt quod credit, intelligat. Si præter hæc ratiocinationem deſideras, vt Philoſophi perſonam melius ſimules, audi quo pacto idem contra eundem argumentetur, ac argumentando appoſitè, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum non eſſe partes in Trinitate concludat. Si dixeris Deum Patrem multis potentiis & viribus prȩditum, ex par-

Ibid. paulò poſt.
Mat. 19.

tibus esse compositum, simplex ergo virtus partibus cōstat. Non dico (inquis) caret enim partibus. Si ergo in vna hypostasi Patris, illa inuenis, q̄ plura videntur, & partes nō inuenis, quia vna virtus simplex est: quantò magis Pater & Filius & Spiritus sanctus, & propter indiuiduā Deitatē vnus est Deus, & propter vniuscuiusq; proprietatē, tres personę sunt, & *propter singulorū perfectionem partes vnius Dei non sunt?*

Ad ista accedunt Scholasticorū firmissima argumenta, quæ si consuluisses, vel intellexisses, animum haberes hoc stolido & Sabelliano spectro penitus liberatū. Siquidē totum non nisi quadrifariam potest constitui, quocunque ingenii tui cogitationem vertas, essentiale, integrans, vniuersum, numerale. Nullum istorum reuera in diuinis

verſatur, vt illic partes ponere con tumacia tanta poſſis, vel debeas. Non eſſentiale, quia illud continet plures eſſentias imperfectas, vnam eſſentiam perfectam cõſtituentes. Non integrãs, quoniam illud propriè habet locum in partibus molis, quantitate affectis, quæ poſſunt conſtituere totũ per modum continuationis, vel contiguitatis, vel cõnexionis. Non vniuerſum, quandoquidem in diuinis nihil habere poteſt rationem vniuerſalis, præter eſſentiam, quæ in pluribus perſonis reperitur, & de pluribus enunciatur, cuiuſmodi videtur eſſe vniuerſalis ratio. Atqui eſſentia non habet rationẽ vniuerſitatis ad perſonas comparata, niſi analogicè & iuxta noſtrum intelligendi modũ, nihil in re penitus ſtatuentem. Ratio enim Vniuerſitatis non eſt ra-

Totũ quadrifariam duntaxat accipitur.

tio Rei, ſed nudæ intelligentiæ, cùm ratio & vnitas diuinæ Eſſentiæ in perſonis rei ſit ratio atque vnitas. Non deniq; numerale: quoniam tale eſt omnino improprium καταχρηστικὸν, alienum ab hac diſputatione, neque ad realẽ diſtinctionem, quam retinere volumus, accommodatum. Nam totum numerale appellatur numerus aliquorũ multitudinẽ cõprehendens, quemadmodum duodenarius numerus dicit numerum duodecim Apoſtolorum, quæ quidem dicendi vis & formula nihil Apoſtolos afficit & planè eſt mathematica.

Non aliter ſentit Eccleſia, non aliud præſcribunt concilia, etiam Oecumenica. legito initia Conſtãtinopolitani ſecundi, Lateranenſis primi & ſecundi, præter plurima alia prouincialia, vt diris & execra-

tionibus Ecclesiasticis territus resipiscas & ad mētis sanitatem, quā
Col.1.et 2. blasphemando amisisti, redeas. Te sanasse profecto debuerat Apostolus duobus locis profitens Plenitudinem diuinitatis esse in Christo, quod nihil est aliud, nisi Christi diuinam personam non esse diuinitatis partem, sed plenitudinem

Persona est potius, totum quàm pars.

& totum potius quàm partem. Si enim aliquid in diuinis pars quodammodo dici debeat, non persona certè, vt tu Sabellianè suspicaris, cùm illa potius totius rationem obtineat, quòd duabus tanquam partibus constituatur diuinitate & relatione, siue diuina essentia & relata proprietate, quemadmodum indiuidua substantię forma & materia constare cernimus, tanquam essentialibus partibus, cuius causa infrà definies materiam & formā

eſſe vnum ſubſtantia, atque id ad Sanctam Trinitatẽ Sabelliané accommodabis & impiè ſtatues tres pariter hypoſtaſes non eſſe vnam eſſentiam, ſed vnum eſſentia. Audi non quid mecum ſentiat, ſed quid doceat, quid probet D. Thomas, *1. ſent. diſt. 34. ad Anni.* Nomine eſſentiæ ſignificantur ſola eſſentialia rei principia, ſed nomine Perſonæ includuntur omnia, quæcunque poſſunt ei conuenire, ſiue ſint eſſentialia, ſiue accidentalia. Ergo perſona ſignificatur per modum totius, eſſentia autem per modum partis.

Verum vlterius progrediamur. Nam longius proficiſcendo & tui libri veſtigia inſequendo tuus Sabellianiſmus pluribus modis apparebit. Hanc locutionem Sabellianam paucis expende, Perſonæ in *Pag.* Eſſentia diuina producuntur. Cer-

tè ad vitandam Sabellianiſmi ſuſpicionem, cuius reus in iudiciũ protrahebare, ſimplicius, purius, facilius, intelligentius poteras & debebas dicere, Perſonæ duæ è Dei Patris eſſentia, vel à Deo Patre diuinitatis fonte producuntur. Perſona Patris neque in Eſſentia, neque ex Eſſentia producitur, quoniã à nullo exiſtit. Particula *in* hoc in myſterio locum habere non poteſt, quoniam Eſſentia non eo ſenſu eſt vna vt perſonas vnitas, adunatas, inſiſtentes ſiue inhærentes habeat, quemadmodum tres nodos, vel tres partes re ipſa diſcretas in vno continuo videmus collocatas, aut quemadmodum tres Animi facultates in vno Animo comprehenſas concipimus. Ad hanc præpoſitiunculam ſectarii omnes, quotquot legi hactenus, ſtultè impin-

gunt, Lutherani, Caluinitæ, Brentiani, Zuingliani, Proteſtãtes, Anabaptiſtæ. Vnos excipio Trinitarios. Neſciũt occupati à Satana tenebrarũ principe ſeparare præpoſitiones *in*, *à*, *ab*, *ex*. Cùm ſit aſſerendum, Abraham è Patris Thare ſubſtantia, ſiue è Patre Thare eſſe genitum, iſtis placet hæc enuntiatio. Abrahã in Patris Thare eſſentia genitus eſt. Cùm ſit pronuntiandum Abelem ex humana ſubſtantia, ſiue ab Adamo patre eſſe generatum, malunt dicere, Abel in humana ſubſtãtia eſt generatus, quaſi intra humanam ſubſtantiam ſit fixus atque conſtitutus. Ex quo pro hac propoſitione clara & ſimplici, multúmque aduerſus hæreticorũ vanas & futiles cogitationes conferente, *Filius Dei & Spiritus ſanctus è Patris Dei eſſentia, ſiue à Deo Patre*

producti sunt, malunt enuntiare suspitiosissimè, Filius Dei & Spiritus sanctus in Patris essentia sunt producti. Quod etiam interdũ de Patre affirmant, vt ipse quoque in diuina Essentia productus cogitetur & intelligatur. Si vestræ hæ propositiones Catholicis æquipollẽt, cur à vobis non impetramus, vt recepto piorum more loquamini, neque noua verborum aucupia captetis? Si non æquè pollent, cur sententiam occultatis, cur vos negatis Sabellianos, qui alienum à Catholico sensum vestris locutionibus nouis venamini? Cur propter propositionem Catholicorum verbis conspirantem & à vestris discrepantem Valentinum Gentilẽ combusistis? Vt enim in plurimis fuerit impius, vestrique similis, à quibus hauserat, quæcunque erant vltrice igne

igne purganda, certè propter hanc non erat à vobis comburendus, *Filius à Patre genitus est, secundum essentiam.*

Quantum ad tè, si animo Sabellij opinionem non alis, cur quod simpliciter & purè confitetur Ecclesia, Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt tres res, tres entes, tres hypostases, tres subsistentes, tu sic interpretaris, Tria hęc sunt realiter & hypostaticè siue personaliter discrepãtia quędam? Et rursum, Tria hæc sunt res, id est, realiter & personaliter quædam distincta & incommunicabilia idiomata. Tuáne interpretatio verbis illis simplicibus videtur planior, & clarior! Profecto imperita multitudo clarius nouit quid sit esse personam, quàm quid esse quoddam realiter & personaliter discrepans, siue distinctũ

Pag. 485. & seq.

idioma. Deinde vt tam clarè non norit, certè tua interpretatio nonnihil olet è Praxea? Primum quoniam tres Animi facultates realiter inter ſe diſcrepant, vt tu quidem philoſophatis, & tamen non ſunt tres perſonæ, tres hypoſtaſes, tres res per ſe & ſeparatim cohærentes, tres res per ſe & in ſe hærẽtes. Scio quidem à te non probari hanc locutionem, ſed eam cogor vſurpare, vt quoquo modo apprehendas quænam ſit Perſonæ ratio, vis, notatio. Perſona non eſt in alio, vt pars in toto, vt accidens in ſubiecto, vt forma in materia, vt corpus in loco, vllove alio modorũ octo, quos philoſophi recẽſent. Verum perſona in ſe eſt, ſe fulcit, ſe ſuſtinet, ſe ſuſtentat, per ſe cohæret, vt Petrum, Paulum & Ioannem per ſe cohærentes conſpicimus. Tu autẽ

Gorgia concipis, nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum ſanctum magis per ſe ſubſiſtere, quã tuas δυνάμεις, ineptiſſimè ad hãc diſputationem tranſlatas, quas noſti per animam, & in anima, nõ per ſe, vel ex ſe, vel in ſe ſubſiſtere. Alioqui oporteret in nobis tres eſſe perſonas, tres hypoſtaſes, tres animas. Tua ergo realis diſtinctio, quam ſomnias, nõ penitus ſufficit ad eluẽdam Sabellij maculam, qua te in tuis ſcriptis turpiſſimè polluiſti. Accedit quòd perſonæ ſunt pluſquàm δυνάμεις, pluſquam proprietates hypoſtaticæ, ſiue, vt tu loqueris, incommunicabilia idiomata. Significãt enim potius res illam δύναμιν & proprietatẽ habentes, id eſt, id quod propriè nomina Perſonarũ deſignant. Exẽpli cauſa, vt Gorgias, qui rebus illuſtrari non poteſt, exemplis illu-

Schegkius male exiſtimat perſonã eſſe dũtaxat idioma incommunicabile. ead. pag.

Richar. lib. 4. de Trinit. cap. 3. et ſeq.

minetur. Filius ſiue perſona filii nõ eſt propriè υἱότης, ſed id quod obtinet υἱότητα. Quemadmodum Daniel non eſt Danielitas, vt ſic cum Richardo Victorio, ad te inſtituendum, dicam, non eſt ipſum Danielis idioma, & proprietas, ſed id quod Danielitatem, Danielíſve proprietatem & idioma, eſt conſecutum. Nemo enim dixerit, nemo ſenſerit υἱότητα atque ſimiles voces abſtractas eſſe perſonas, id eſt, res per ſe conſtantes. Nam perſona rationem cõcreti obtinet, atque concretorum nominum more duo declarat, ſubiectum ipſum & rem ſiue qualitatem in ſubiectio hærentem atque poſitam.

Hæc ſi diligenter, ſtudioſéque perpendis, non dubito, quin deinceps verecundius tantum myſteriũ tractes. Quin poſteà prudẽtius ſe-

pares perſonas à partibus, hypoſtaſes à δυνάμεσι καὶ ἰδιώμασι. Quin prouidentius & conſideratius Catholicam ſententiam à Sabelliana diſtinguas. Quin denique ita ſapienter inter duas Syrtes nauiges, vt iuſta nauigatione, neque ad læuam neque ad dexteram deflectere valeas. Quemadmodum tibi modo accidit, qui dum voluiſti Sabellianum Scopulum paulo imperitius euadere, huc vſque te profundioribus Sabellij gurgitibus demerſiſti, & deinceps etiam accidet, cùm ad Arrianos, Philoponianos, Trinitarios ſcopulos, dum noſtra ſtudebis ardentius carpere, nauim tuam affliges, cõcuties ac interdũ franges.

Cicatricem tuam putrem ibidẽ
" refricare non pudet. Vocabula pa- *Pag.* 486.
" trum voculas Scholaſticas diſcri-
" minum horum haud reperirè dixi

« non quod ego exiſtimem non eſſe
« realiter aut perſonaliter diſcrepan-
« tia quædam, Patrem à filio, aut Fi-
« liũ a Spiritu ſancto, ſed quod Scho
« laſticorum & patrum vocabula nõ
« ſint etiã ſcripturis vſurpata. Vnde
id tenes Gorgia, qui ne oculi quidem radium vnquam in ſacras paginas conieciſſe videris. Alioqui cur non tuis rancidis & putidis ratiocinationibus odorem aliquem è ſcripturis & oraculis diuinis affers vnquam? Cur in omnibus tuis rapſodiis nuſquam vel tantillum ſcripturæ recordaris? Cur aduerſum me & quemquam alium tam arduam diſputationem aliquo ſaltem Verbi Dei teſtimonio non locupletaſti? An tibi Verbum Dei præ Ariſtotelis, Platonis, Plotini, Auerrois, quos dũtaxat ingeminas, decretis putet? Num pudet decre-

pitum delirúmque Philoſophum bellum ſuſcipere contra magiſtrũ ſuum Theologiæ Doctorem, Hebraïculũ, Sorboniſtam, citra ſcripturæ, Theologicarum concertationum armamẽtarii, vllam armaturam, citra vllum ſpiritus gladiũ, quod eſt Verbum Dei? Erubeſcimus, inquiunt, iuriſcõſulti ſine lege loqui, cum tamen apud eos tantum diſceptetur de rebus huiuſce ſæculi, & nouus noſter Theologus non erubeſcit ſine vllo Theologico paragrapho nobis ſuam vnius noctis Theologiam, vbi de rebus ad æternam vitam pertinentibus agitur, obtrudere? Sed ad tuas blaſphemias, Vocabula patrum & voculæ Sophiſticæ diſcriminum horum haud reperiuntur in ſcripturis? Quid ais Gorgia? tam cito oblitus es Paulini oraculi περὶ τῆς ὑ-

Eph.6.

Heb.1.

ποστάσεως πατρὸς, id eſt, vt ad verbum interpretemur verbis Scholaſticis, de ſuppoſito patris. Hypoſtaſis ergo patrum, quæ eadem eſt cum perſona, è ſuppoſito Scholaſticorum, repetitur in ſcripturis. In interpretatione ſeptuaginta de Deo vocabulum πρόσωπον, quod ſonat perſonã, ſępiſſimè occurrit. De vocabulo οὐσίας & φύσεως diſſerui lib. 2. aduerſum Trinitarios, qui idem quod tu non vſurpari ab Apoſtolis & Prophetis garriebant. Addo hypoſtaſim Pauli, de quo tua potiſſimũ videris intelligere, in eum ſenſum adductam contra Arrianos & Sabellianos a Baſilio lib. de differẽtia οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, a Nyſſeno libro de eadem re, a Chryſoſtomo hom. 2. in Epiſtolam ad Heb. a Theodo. a Theophylacto commentario in eundem locum, a

Suida, quem consulere debueras, propter vocabulorum ignorationem, in voce ὑποστάσις. Vt Sabellianum crimen a te depellas animæ potẽtias asseris esse accidẽtia quædam & non essentiales partes seu οὐσιώδεις secundũ philosophiam nouam Genebrardi. Primum siue sint accidentia quædam, siue sint essentiales partes, οὐδὲν ἔδει πρὸς Διόνυσον. Vtrum vis esto? ergo Schegkius nõ est Sabellianus? ergo Schegkius recte, purè, sanctè sentit de sancta Trinitate? Sed nec concedo adhuc esse partes essentiales, omnino sunt accidentia quædam, non vt deliras, cõmunia, verũ propria. Adeo obliuiosus es, vt nõ memineris facultates naturales esse accidentia categorica, & in secũda qualitatis specie numerari. Qualitates illius generis, naturalis potestates, vel im-

Pag. 487.
"
"

becillitates accidentia ſunt,nō ſub-ſtantiæ , quicquid Gorgia autum es, pertinent ad Ariſtotelis Categorias,non ad Porphirii, quin tam communem vocem, quæ, vt quidem philoſophiæ profeſſor, medicinæ doctor, Theologiæ diſputator tenere debes, contractior eſt, quàm accidens ab Ariſtotelicis in nouem Categ. diſpertitum. Hanc Genebrardi nouam Philoſophiam appellas, prouoco ad veteres. D. Thomas probat ita ſenſiſſe Ariſtotelem, recentior eſt Scotus, qui aliter argutatur,cuius næuos tu ſoles pluris facere, quàm pulchritudinē & formam. Meminiſtin' eorum quæ tertio idus Iulii ad tuum Philippum Ludouicum Comitem aduerſus meos libros præfatus es?
„ Potentias animæ ſenſit Genebrar-
„ dus non eſſentiæ paritas eſſe ani-

mæ, ſed accidentia quædam ipſius «
eſſe arbitratur, ſequutus errorem «
Thomæ Aquinatis qui quidem «
optimo iure à Scoti ſectatoribus «
refellitur. Quam nouam philoſo- «
phiam Genebrardi eſſe nunc clamitas, paulo antè D. Thomam habere authorem, principẽ, defenſorem aſſeruiſti, mendacem oportet eſſe memorẽ. deinde quid eſt hoc? D. Thomam meam philoſophiam de potẽtiis animæ, vt accidentibus propriis ſancire, Scotum cũ Schegkio oppugnare & meam interim philoſophiam eſſe nouam, tuam veterem, quaſi Scotus, ad quẽ tuæ opinationis principiũ tutemet refers; D. Thoma, quem magiſtrum habeo, ſit antiquior? Vides Gorgia tuã imperitiã patere in omni eruditionis genere. Non ſatis habes te in Philoſophia, Medicina, Theo-

Tho. 1. q. 77. art. 1. Sertus 2. distinct. 16.

primordio quodammodo impreſ- „
ſum & dedicatum? In toto tuo ad- „
uerſum me opere hoc vnicum Sanctorum patrum attuliſti teſtimonium. Cautè quidẽ, nã cum vnicũ iniquiſſimè & inſcientiſſimè proferas, quid feciſſes, ſi plura protuliſſes. Inſcitiſſimè profers, quoniam neſcis quo loco id habeat Auguſt. quod eſt in ore Scholaſticorum omnium decãtatiſſimum. Iniquiſſime, quoniam nihil ad te pertinet. Auguſtinus illuſtrat producentiũ & productarum perſonarum rationem ex his animæ facultatibus, memoria, intelligentia, voluntate. Quemadmodũ memoria fœcunda gignit mentem, ſiue intelligentiam, & poſtea ex vtraque voluntas, ſiue amor exoritur: ita pater genuit verbum ſuum, è quo poſtea & cum quo producit Spiritũ ſan-

ctum. Quare Scholastici solent dicere Verbum Dei procedere per modum intellectus, Spiritum sanctum per modum voluntatis, hæc nihil ad te Gorgia, primum quia de his animi facultatibus non loqueris, sed de intelligente sentiente, vegetante. Deinde eadem pagina diserte & clare loqueris. Vnitas
pag. 487. „ hæc essentiæ & ternarij anima adumbratur, sed producentium tamẽ „ & productorum realiter differentium ratio in anima nostra locum „ nõ habet, vt in essentia diuina. Recognoscis, opinor, tua verba, ea nunc, obsecro, compara cum his
Augustin. l. 14. de Trinit. cap. 8. Augustini. In mente trinitatẽ, quæ Deus est inquiramus. Ecce mens meminit sui, intelligit se, diligit se, hoc si cernimus, cernimus Trinitatem, nondum quidem, sed imaginem Dei. Hic enim apparet quæ-
August. li. 9. de Trini. cap. 12.

dam Trinitas,memoriæ,intelligentiæ,amoris &c. Eodē opere, Et eſt ipſa mens quaſi parens & notitia eius , quaſi proles eius , mens enim cum ſe cognoſcit notitiam ſui gignit & eſt ſola parens ſuæ notitiæ. Tertius eſt amor, qui de ipſa mente ex notitia procedit, dum mens cognoſcit ſe,& diligit ſe, non enim poſſet diligere ſe , niſi cognoſceret ſe. Amat etiam placitam prolem, id eſt, notitiā ſuā, & ita amor quidem eſt complexus parētis & prolis. Sed nec tuo dogmati fauet creati hominis hiſtoria, quamuis teſtetur in anima humana ſimulachrū quoddā adorandæ Trinitatis fuiſſe dedicatum. Nam ad ſuperiores facultates,non ad tuas,refertur. Vt iiſdē locis docent Auguſt. & Scholaſtici in ſententiarū primum. Hiſtoriæ autem hominis procreati *1.Sent.diſtinct.3.*

recordari non debueras, aut ſic interprętari, ne tuæ ſocietatis hæreticos, qui tibi gratulati ſunt, tuíque operis gratè, vt ais, meminerũt, ingratè perſtringeres, imo vero damnares. Scis enim qualem Dei imaginem prædicent, vt eam in eſſentialibus animi minimè conſtituãt, ſed in iuſtitia, gratia bonitate, aliis donis accidentariis, quibus per peccatum primi hominis perditis ſimul perditam & extinctam in homine Dei imaginem meditantur. Perge domine, præcipita, diuide linguas eorum, Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in Ciuitate, ſe mutuo conficiant, in ſua ipſi viſcera ſæuiant, ferrum in ſe conuertant, ſuam ipſi memoriã deleant, qui nobis dicũt Euge Euge, ſanctam & Catholicam doctrinam de terra viuentiam eradamus, Sabel-

Schegkius damnat doctrinã ſuorũ ſociorũ.

Pſal. 84.

Sabellianam, Arrianam, Philopo- *Sap.2.*
nianàm, Plotinianam, in arce Satanæ collocemus.

Vides, Schegki, tuã similitudinem ab iis, quos tibi canere mentiebaris, proscriptam & procul ab hoc mysterio summotam, nec interim siles; sed superbia tua ascendit semper. In peius proficiẽs, mox tui excerebrati cerebri putidos fumos, fumose Sophista, vẽdis, Hæc, inquis, similia philosophicè nota » & adumbrantia mysterium & An- *Pag. eadem*
titrinitariis proposita aperiũt oculos 487.
ipsis multo magis, vt videre pos- »
sint, quomodo vna essentia possit »
esse tres res incommunicabiles sei- »
psis & non tria accidentia, quàm si »
tu ad patrum dicta vel scripta, mil- »
léque testimonia alia prouoces, »
quos iampridem præiudicio suo «
erroris accusant & damnant An- »

» trinitarij, ac ſi aliena & abhorren-
» tia a ſcriptura & vera fide docuiſ-
» ſent. Quare plus faciunt ad docen-
» dos hæreticos ſimilia hæc noſtra
» quam ſi innumera patrũ ſcripta &
» teſtimonia in vnũ collegeris. Tuorum figmentorum commendatione non contentus, ſequenti pagina non modo ſimilia hæc à te temerè & citra ſcripturæ veſtigium excogitata & conficta plus facere ad docendum, quam innumera patrum ſcripta & teſtimonia, verum etiam
» neceſſario perſuadere, commemoras. Ad quæ omnino deſpuenda, quo primum me vertam, neſcio. vna ex parte Gorgiæ arrogantia & blaſphemia occurrit, ex altera mendacium & calumnia taceri ſe diutius non patitur, ex alia inſcitia clamat Gorgiã labi in primis elementis. Patere, indoctiſſime Gorgia, vt

te ad primas artes ſub præceptorũ verbera relegem. te illic docebunt omnem claudicare ſimilitudinem, argumenta à ſimili eſſe popularia, accommodata ad vulgus, nihil cer to concludere, nihil neceſſario efficere. Proinde flagris plagoſi cuiuſdam Magiſtri hoc tuum peccatum eſſe eluendum, quo loqueris, „ ſimilia hæc perſuadere vera eſſe & *Pag.*488. non impoſſibilia, imo neceſſaria, quæ de ſancta Trinitate patres cũ " Scholaſticis ſcriptoribus ſcripta no " bis reliquerũt. Vix ſolida argumẽta " è diuinis oraculis deprompta, docent neceſſario ob myſterij obſcuritatem, & ſimilia ineptiſſima, vitioſiſſima infantiſſima, neceſſario perſuadebunt? eſt autem inſignis arrogantia, quam non flagris, ſed linguæ exciſione expiandam puto, diobolarem Philoſophum,

duûm Aphoriſmorum medicum, infantem vnius noctis Theologaſtrum opponere, imo vero anteponere putida ſua commenta Sabelliana, aut ſaltem de Sabellianiſmo ſuſpecta, propter quam ſuſpitionẽ in hoc certamen deſcẽdimus, nullum habentia in ſcripturis & veteri doctrina fundamentum, innumerabilium patrũ ſcriptis. Nec debes prætexere opus fuiſſe tua admirabili philoſophia ex improuiſo, ad
» placanda Trinitariorum diſſidia,
» quod præiudicio ſuo patrum ſcri-
» pta, erroris accuſent & damnent,
» tanquam ſi aliena à vera fide do-
Lucæ 16. cuiſſent. Quoniam ſi non audiunt Moſem, Prophetas, Apoſtolos, Apoſtolicos, neque audituri ſunt te, à quocunque tandem mittare, aut humanam ſapientiam, quam multo facilius poſſunt eludere. non eſt

enim illa, de qua loquebatur Dominus, Dabo vobis ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere ſapiẽtes &c. Mendaciter præterea ſupponis me in vnum patrũ ſcripta & teſtimonia duntaxat collegiſſe. Cum præterea omnis generis philoſophicis rationibus ad hoc arcanum pertinentibus, meos tres libros cõſperſerim, quod nec tu nec quiſquam alius negare poteſt, niſi ſimul omnem pudorem & verecundiam abiecerit. Scripturis etiam ſingulas meas paginas illis eſſe refertas inuenies, nec quidquam ſtatui, quod non ſolido Prophetarum & Apoſtolorum oraculo communiatur. Non potes inficiari, quin a pag. centeſima decima ad centeſimam trigeſimam primã mei margines allegationibus pleni ſint, contextus Verbi Dei puriſſimi ſententiis re-

ſperſus, oratio verſibus ſcripturarum conſerta. Cum priuatim aduerſum te pro Dei Maieſtate pugno, an Verbum Dei prætermiſi? nonne tuum tuorúmque impudentem faſtum ſcripturarum plauſtris, è Græca, & Hebraica etiam eruditione deductis repreſſi? Verbo Dei a me recitato auderés ne tu, aut alius quilibet ſua commenta, ſuas confictas ſimilitudines, vel potius ſpecies anteponere? Te plus profeciſſe vno ſimili gloriaris, quã me cum innumeris patrũ ſcriptis, ego contrà ſolis ſcripturis ſacris a me recitatis plus infinities profeciſſe me prædico, quam te cum omnibus tuis ſimilitudinibus & ſcriptis. Nam quæ comparatio Verbi Dei ad Schegkii ſpectra? quæ proportio cœleſtis ſapiẽtiæ ad Schegkii Sophiſticam. Quæ communio

virtutis Dei & veritatis ad Sabelliana ſenſa? Deinde illis ſcripturis purè & ad ſenſum Catholicum allatis (quod tu negare non audes) nocere nō potui, prodeſſe potui: tu tuis ſimilibus & ſcriptis prodeſſe non potuiſti, quia abhorrent a Catholica, nocere autē plurimum, ſi modo aliquis tam ineptis & abſurdis ſcriptis fidem addidit, quia Sabellium olent.

Ægerrime fers, quod veſtras Eccleſias Pſeudeuangelicas, tum Germanicas, tum Gallicas Sabellii errore contaminatas & conſpurcatas pronuntiauerim? an non id docui apertè? An non id verum ex eo etiā euincere poſſū apertius, quod Gētilis Bernæ ſit anno 1566. propter hāc præpoſitionem condemnatus & Flammis vltricibus traditus, tres ſunt ęterni ſpiritus, quo- *Gentilis propter præposit. Sabellianiſmum damnātem combuſtus.*

rũ quilibet per ſe Deus eſt, & Tres ſunt ſpiritus realiter ſubſiſtentes. Extat liber, qui inſcribitur hiſtoria Valentini Gentilis edita Bernæ authore Benedicto Aretio Bernenſi Theologo, anno domini 1567. anno poſt vno. Adhuc vertitur ſeptimus annus, ex quo ab iſto Matæologo eſt editus. Capite quinto diſerte Valentinus Gentilis Bernæ ſupplicio affectus narratur, anno 1566. ob ſeptem præpoſitiones de Trinitate, quarũ hæ tres veræ erãt, ac fide ab Eccleſia Catholica omnibus temporibus receptæ, adeo vt niſi fuiſſet factioſus & ab Eccleſia in reliquis propoſitionib⁹ exciſus, aliqua laude potuiſſet exornari. Tertia hæc erat, filius a ſe ipſo non eſt, ſed a Patre, qua nihil poſsit prędicari ſanctius, nihil magis orthodoxum & Catholicum, vt alibi do-

cuimus cõtra Autotheanos. Quinta, Filius à Patre genitus eſt ſecundum eſſentiam, de qua infra aduerſum te diſſeretur prolixius. Sexta quam modo retulimus, Tres ſunt ſpiritus æterni, quorũ quilibet per ſe Deus. Nota eſt Origenis Homilia è Pſalmo 51. tres æternos ſpiritus intelligi, Spiritus principialis eſt Pater, Spiritus rectus Chriſtus, Spiritus ſanctus, ille Spiritus, de quo, Spiritum ſanctum, tuum ne auferas a me. Quos tres Spiritus, inquit, Dauid in Pſalmo confeſſionis poſtulat. Ne autem videamur euertere quod lib. 3. de Trinitate fiximus, & Auguſtin. duobus locis ad hũc modum enunciauit, Maledictus qui propria nomina perſonarum tres Deos, aut tres Dominos, aut tres Spiritus confitetur, dum altè inquirimus in Sabellianũ

Ho.5.in Ierem.

Auguſt. de Verbis Apoſtoli ſer.13. et de tẽpore ſer.2 Pag.228.

ignis ardentis puteum, ferēdum in oculis, quod idem August. lib. 5. de Trinitate determinat. Spiritus sanctus potest quidē vniuersaliter dici Pater secundum id quod scriptum est, quoniam Deus Spiritus est. Itaque Pater, & Filius & Spiritus sanctus, quoniam vnus Deus est, & vtique Deus Sanctus est, & Deus Spiritus est, potest appellari Trinitas etiam Spiritus sanctus, sed tamen tunc Spiritus sanctus relatiue non dicitur, sed secundum essentiā, quia proprie Spiritus sanctus, qui non est trinitas, sed in Trinitate dicitur relatiue. Denique contra sensum Arrianum Catholici tres personas vnum confitemur Spiritum, non tres Spiritus, contra vestrū, ô Sabelliani, sensum, ille vnus essentialiter Spiritus, tres est Spiritus personaliter. Quod dū eo sen-

August. l. 5. de Trinit. cap. 11.

ſu Valentinus ſe profiteri vociferaretur, nihilominus a Bernenſibus crematus eſt. Nec miſero profuit obteſtari ſuam præpoſitionẽ hanc ſanam habere intelligentiam Sabelliani ſceleris expugnatricem, Tres ſunt æterni Spiritus, quorum quiſq; per ſe Deꝰ eſt, id eſt, tres ſũt perſonæ æternæ ſpirituales, quarũ quęque Deus eſt, per ſéq; ſubſiſtit.

Inſcitiæ philoſophiæ tribuis, putide Sophiſta, quod δύναμιν, Pag. 490. de qua diſputabamus, ſcripſerim vim eſſe alteri inhærentem, nec ſignificare perſonam, quæ in ſe hæret, per ſéq; ſubſiſtit. Te variè crucias, id vt euertas, ac docere conaris aliquam ſubſtantiã vocabulo δυνάμεως ſignificari. Sit ita ſanè, quanquam tum loquutio eſt metaphorica. At de ea nõ quæro. Quæro an animi facultatibus ſanctæ Trinita-

tis hypoſtaſes conſonare per omnia , ſecluſa emanationum ratione & modo, recte pronūties? δυνάμεις huiuſmodi, ſiue facultates, ſiue facilitates & vires naturales ad ſecundam ſpeciem qualitatis pertinentes, An non ſunt vires alteri inhærentes? nihil ad illas facit oraculum, Chriſtus Dei eſt virtus, δυύαμις & Sapientia, nam figurata eſt locutio, qualis hæc Virgiliana quid Sibyllinum ſonans,

1.Cor.1.

Gen 49.

Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus.

aut cum, Hebræis, filius maxime primo genitus כח & און האב Robur ſiue fortitudo patris appellatur. Sic enim de Ruben ſcribitur, ראובן בכורי אתחו ראשית ארני. Quanquam an Hebreis apud te, qui dona Dei furore Gyganteo & Rabie Cyclopica contemnis, iſta debeam & ex-

ornare & amplificare, valde dubito, quod Margaritæ non ſint proiiciendæ ante porcos, nec Sanctum dandum canibus. Relicto priore *Mat.7.* δυνάμεως genere, eoque proprio ad poſterius figuratum & metaphoricum aciem transfers vaferrimè, peruerſis debitoribus ſimilis, qui dum æs alienum rependere neutiquam cupiunt, circa omnia inſiſtunt, omnia prolixe eludunt, de omnibus copiosè loquũtur, prætérquam de debito. Eſt illud hæreticorum ingenium, ille ſpiritus, vt modo ſcripturæ proprias locutiones in figuratas & metaphoricas transforment, quemadmodum nimis lachrymabili Eccleſiæ Chriſtianæ luctu, Sacramentarii paucula domini verba clara & propria, Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, in omnis generis tropos

inuertunt, modo metaphoricas vt propriás, genuinas, natiuas, interpretentur. Sicuti cum Sabellianus Gorgias de aliquibus ſubſtantiis proprie δύναμιν enunciari cōtēdit. Quo dato, quamobrē, cedo, Paulus, qui Dei filium δύναμιν τοῦ θεοῦ appellat, nō æque patrem δύναμιν, appellaret? Chriſtus eſt Dei Patris δύναμις atq; virtus, quoniā quātam haberet vim & potentiam, gignēndo filio pater commōſtrauit, quoniam etiam ſuam omnem vim, virtutem, potentiam, Chriſto per generationem effuſiſſimè communicauit. Pater non eſt δύναμις cuiuſquam, nec ſic à D. Paulo & reliquis ſcriptoribus Sacris dicitur, quia a nullo quicquā accipit. Tropum aliter Græca ſcholia metonymicè de Cruce enarrant, εἶναι μὲν δοκεῖ, φησὶ, (σκάνδαλοι, καὶ μωρία, πλὴν αὐτοῖς

τούτοις, φησὶ, δοκεῖ ὁ χριστὸς, καὶ τὰ αὐτοῦ πάθη εἶναι δυνάμεις τοῦ θεοῦ, καὶ σοφία. Quę ſententia ἀντιθέσει Apoſtoli rectè congruit, nec in vllo tuam diſputationem iuuat. Nihil eſt neceſſe cætera, quæ illic inſipidiſſimè de eadem re philoſopharis, perſequi, quia nihil pertinent ad inſtitutum, & ex iis exiſtunt, quæ vbique ingeminas, tanquam vnam de tribus Capellis.

Poſtquam ergo te Sabellianum egregiè declaraſti, primum crimen nouis argumentis exaggeraſti, perſuadere denique voluiſti rectius & efficacius ad Trinitariorum radicem euellendam, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, appellandos δυνάμεις & potentias, ſeu partes diuinitatus eſſentiales, quàm, iuxta innumera Patrũ ſcripta, perſonas & hypoſtaſes, incipis ſerio in meos libros eſſe curioſus. Errores meos,

Pag.493.

Pag.487.

ſic enim appellas, quod orthodoxi & Catholici in veris numerant, ordine & numeris explicas, atque errorem eſſe vis, quod totum in laudem eſſe conuertendum poſtea audies.

Prima blaſphemia Schegkij diuerſas eſſe potẽtias Patris, Filij, et Spiritus S. Pag. 494.

Primus error exiſtit atro Lapillo, opinione Gorgiæ, notandus, quod δυνάμεως vocabulũ male acceperim, Cum hic ſignificet potentiam qua Deus eſt Cauſa creatrix omnium, & qua Deum ipſum
" per creaturas (quæ ſunt effectus
" diuinæ potentiæ ipſius) potentem
" eſſe noſcimus. Siccine ludis in re-
" bus diuinis Gorgia? ſi potentię tres ſunt diuinitatis, te authore, & potentia tunc ſignificet, qua Deus eſt potens rerum procreator, alia erit potentia Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti, quemadmodum alia eſt perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus ſan-

tus sancti. Quemadmodum autem religionis puritas non fert tres dici creatores, quòd trium personarum vna & eadem existat agendi vis, efficacitas, virtus, quòd tres illi eadẽ operentur & eodem modo penitus, quòd per eandem communem virtutem, ab eadem planè essentia redundantem: ita neque tres poten tias creatrices. Deinde quomodo cõstabit tuum simile, quando vocabulum δυνάμεως, dum de animi potentiis loquimur, non eam continet notationem, sed facultatem naturalem ad secundam speciem qualitatis pertinentem declarat, nõ substãtiam. Mirabilis philosophia ab vna potentiæ acceptione ad alteram toto genere differentem disputationem cõuertere. Relinquitur igitur standum sanctorum Patrum locutioni, ac Patrem, Filium,

Cur nõ tres creatores.

& Spiritum ſanctum perſonas, hypoſtaſes, ſuppoſita appellandos, non potentias, ſiue δυνάμεις.

Pag. 495. Secundo loco rodis, quod dixe-
" rimus potentias has animi fluere &
" promanare à ſuis eſſentiis, ſiue eſ-
" ſentialibus principiis, tanquam accidentia. Cautè de tuo addidiſti tãquam accidẽtia, vt tuo morſui aliquam præberes ſpeciem. *Impudẽtia Schegkij.* Hoc ſi addi vis, non repugno, modo intelligas me accipere de accidentibus nõ cõmunibus, ſed propriis. Tunc meam ſententiam non modo confirmabũt peripatetici & plotonici omnes, verum etiam tuam inſcitiã faſtidioſe conſpuent, ad tuam ruditatem obtupeſcent, quod cum Philoſophus maximus haberi velis, neſcis quod eſt apud omnes doctos pariter & indoctos decantatiſſimũ. *1. quæſt. 77. 6.* Audi, vt breuiter D. Tho

mas maximus peripateticus Philoſophorum ſententiam de hac re proponat. Proprium accidens à ſubiecto non cauſatur per viam mutationis, ſed emanat per reſultationem naturalem, ſicuti ex vno naturaliter reſultat aliud, ſicut ex luce color. Et alibi, proprietas Cauſatur ex principiis ſpeciei, accidens ſiue ſeparabile, ſiue inſeparabile ex principiis indiuidui. Sed quid hoc ad detergendam tuam ex Sabellio maculam? Non fluant proprietates & potentiæ naturales ab eſſentia & eſſentialibus potentiis, ergo Schegkius rancidus Sophiſta non eſt Sabellian⁹? Ergo recte δυνάμεις vocat, quod Patres perſonas & hypoſtaſes? Ergo recte correxit vetuſtatem & ſub fines ſæculorum recte docuit, quibus verbis in myſterio de Trinitate deinceps ſit vtendum.

Duplex accidens proprium & commune.

pag. 495.

2. Blaſphemia Schegkij, Filium nõeſſe ipſiſſimam Patris eſſentiam.

Errorem tertium notas, quod apud omnes pios & Catholicos, habetur ſanctum, fixum, immotũ filium eſſe ipſiſſimam Patris Eſſentia. Hoc te docuiſſe debuerat Chriſtus Dominus, Ego & Pater vnum ſumus, id eſt, cunctorum Catholicorũ interpretatione, Vnamet numero Eſſentia, vt poſt demonſtrabo. Si preces horarias ab Eccleſia præſcriptas recitaſſes aliquãdo, ſic reperiſſes, Dediſti famulis tuis in confeſſione verè fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatẽ. Si ſacris Miſſarum ſolemnibus pro tuo Chriſtiani officio interfuiſſes, in ſanctæ Trinitatis feſto, ſiç piè præfantem ſacerdotem audiuiſſes. Quod enim de tua gloria reuelãte te credimus, hoc de filio tuo, hoc de Spiritu ſancto ſine differentia

diſcretionis ſentimus, vt in confeſſione veræ ſempiternæq́ue deitatis & in perſonis proprietas & in Eſſentia vnitas & in maieſtate adoretur æqualitas. Sic in Proſa cõfitentem omnium Sanctorum nomine Sacerdotem intellexiſſes. Profitentes Vnitatẽ, veneremur Trinitatẽ, pari reuerentia. Tres perſonas aſſerentes, perſonali differentes à ſe differentia. Siue dicas tres vel tria, ſimplex tamen eſt vſia, non triplex eſſentia. Vna virtus, vnum numen, vnus ſplendor, vnum lumen. *Hoc vna quod alia.* Ne mirare, ſi donec proprius tecum de hac re congredior, hanc Breuiariorum & Miſſalium Catholicorum atque Romanorum mentionem interiicere libuit. Nam hoc dedita opera facio, quò vehemẽtius, bilioſe Sophiſta, ſtomacheris ac æſtues, vt ſi probas,

teipſum deteſteris grauiter, qui bel luarũ ritu viuis ſine vllo certo Numinis cultu, ſine vlla probata Dei inuocatione, ſine adorandi Dei vlla præſcripta formula, ſine vllo legitimo religionis, precum, & rei diuinæ Viſu à maioribus recepto. Si non probas, vt in tuos cõmilitones Bezanos & Tigurinos impingas eóſque aduerſum te concites, qui illorum de ſancta Eſſentiæ vnitate, & perſonarum Trinitate doctrinã Pontificiam probant, & illam Trinitariis laudant, atque commendant, quam tu inſolentiſſimè audes improbare & reiicere. Vt etiam incurras in auum tuum Lutherum, qui in iſto ſuo Enchiridio anno Domini 1543. edito, vt noſtrorum preces iuxta ſuum iudicium emendaret, illã recepit, & recipiendam poſteris reliquit. Nam & ſi

ausus sit è Litaniis Papisticis expũgere Sanctam illam & Catholicam precatiũculam, Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nostri: tamen collectas & reliquas preces S. Trinitatem celebrantes conseruauit & retinuit. Sed vereor, ne quemadmodum applaudens Sacramentariis & eos conciliare volens, cum vesania Lutheranica accurristi pacificator, & nouæ prodigiosæque distinctionis de Actu primo & secundo inuentor: ita nunc ad concordandos omnis fecis hæreticos cum Trinitariis, quibus interdum hoc tuo scripto impensè faues, velut quidam latronum furiosè inter se digladiãtium mediator, nouam aliam distinctionẽ excogites, quæ omnes inter se societ, conciliet atque coniungat. Satis est autem ad discutiendam tui obtusi argumẽti

regulam,obſeruare eſſentiam diuinam à perſonis differre formaliter iuxta Scotũ, vel Ratione iuxta D. Thomam. Hoc enim conſtituto
« corruit quod ſic argutaris, Si filius
» ſit,vt tu ſcribis, ipſamet patris eſſen
» tia, ſequitur vt Filius ſit ipſe ſimpli
» citer Pater & productũ ſit ipſum-
» met producens. Eſt productum,So phiſta, ipſummet producens eſſentialiter. Nã non alia eſt producti & producentis eſſentia. At differunt perſonaliter. Eſt enim alia perſona producti, alia producẽtis, Cum tu olfaceres neſcio quid de hac Theologorum diſtinctione, auſus es,
» ſed timide, ſcribere. Perſona ab eſ-
» ſentia diuina duntaxat formaliter
» diſtinguitur & non realiter, quæ
» diſtinctio quidem formalis nihil
» aliud eſt in rebus incorporeis et in-
» compoſitis, quam rationis quod-

dam diſcrimen, quo cognoſcitur, „
id, quod ſimpliciter vnum eſt in re, „
duo eſſe nihilominus per intentio- «
nem noſtrã, cuiuſmodi diſtinctio «
dicitur a Scholaſticis formalis, de «
qua dictum alias. Sed tuam infan- «
tiam prodidiſti. Nam diſtinctio formalis differt à rationis diſcrimine ſiue intentione noſtra, vt tu loqueris, cum tuo ſimili Auerroe, media cum ſit inter realem & rationis. Vnde ex natura rei diſtinguit, quod non præſtat rationis diſtinctio, reipſa tamen non diſtinguit, vt realis. Quocirca etiam ſi tua intentio ſiue mens non cognoſceret diuinam eſſentiam & perſonam, quæ realiter vnum exiſtunt, duo eſſe, nihilominus duo illa inter ſe quodammodo permanerent diſtincta. Vbi deteſtanda Sophiſtæ audacia, qui putat ex ſua duntaxat

Schegkius malus Scholaſticus dũ confundit diſtinctionẽ formalẽ cũ reali.

intentione & intelligentia diuinæ eſſentiæ & perſonæ diſtinctam rationem exiſtere. Quid ſi nullæ vnquam creatæ extitiſſent intelligentiæ, propterea ne id quod hodie de tribus ſanctis hypoſtaſibus creditur, eſſe inane & nullum?

Pag. 496. Hic fortaſſe expectas, vt grati tui erga me amoris recorder, quod adiicias ad mei Philoponi aliud Auerrois & fortaſſis ſimile erratũ, è cõmẽtario 39. lib. 12. metaphyſicæ, vt cũ mei libri erũt denuo edendi, iſta tua obſeruatione, rara ſcilicet & recondita, quales habes multas, amplificentur. Atqui iſtum locum nõ prætermiſeram, vt probabile ſit ex meis libris te illum tranſcripſiſſe, & in tuũ retuliſſe, quo alienis plumis & coloribus tua deformia & turpia decorares. Philoponum Tredeitarum ſiue Trinitariorum

Principem & authorem fuiſſe docui pagina decima quinta & decima ſexta: Criminis affines & ſocios enumeraui plurimos, ac inter eos tandem pagina vigeſima impium iſtum repoſui. Repeto mea verba ne vẽditare poſſis, quod aliquid adieceris ad mea. Similiter Auerrois Arabs impius affirmauit noſtram de ſancta Trinitate fidem nõ poſſe conſiſtere, niſi euocata in præſidium vnitate ſpeciei, fieri quippe non poſſe, ſi tria eſſent diuinitatis indiuidua, quin ſimiliter extarent tres dii. Audi quid dictet in duodecimũ Metaphyſices, Putauerũt, inquit, antiqui (nos intelligit. Nã ſumus Maometanis antiqui, quẽadmodum nobis Patres circũciſi, vt ſæpe in Corano inculcatur.) Putauerunt (inquam) antiqui Trinitatem eſſe in Deo, & voluerunt

euadere dicentes, quòd ſunt tres & vnus, & non potuerunt, quia, cùm ſubſtantia fuerit numerata, congregatum erit vnum, per intentionem (.i. ſpecificè.) I nunc & noſtra hęc, cum tuis illis compara. Intelliges profectò, nos quantũuis in Auerroë & cęteris impiis & barbaris ſcriptoribus minus exercitatos, diligentius, ſtudioſius, efficacius, apertius Barbari ſceleratũ τόημα detexiſſe, rectéq; ad reliquas Philoponi argutationes adiunxiſſe. Igitur,

Ad populum phaleras, ego te intus
& in cute noui.

Noli tuũ magiſtrum docere, ignaue diſcipule, & ad doctoris dictata quicquam adiicere.

Pag. 497. Recurris mox ad tuam capellam. « Quod ſi (inquis) in poten- » tiis Animæ (vt diximus) locum « haberet productionis ordo, fa-

cillimè poſſit etiam vnitas & Trinitas diuinitatis adorandæ repreſentari. Do tibi per hypotheſim illum ordinem liberaliter. Eſt enim mens libera & plura concipit, quá re exiſtant. Facillimé ne proptereà tam ineffabile myſterium repreſentaretur? Non ſatis, vt video, animaduertiſti, quæ aduerſum te tractaueram extremo meo ſecũdo de S. Trinitate. Nam in huiuſmodi exemplis non vnicum eſt diſſimile, ſed plurima, nec in omnibus, iis, quorum ſunt exempla, ſunt etiam planè ſimilia. Prætereà ſicut ſine exemplo eſt diuina eſſentia, ita etiã ſine exemplo eſt diuina maieſtas. Quare ſimilia à quocunque allata huc tantùm debent ſpectare, vt oſtendatur, non eſſe cur homines iudicent impoſſibile & abſurdum, vt tres perſonæ exiſtãt, quarũ quæq;

Deus ſit, & tamen non ſunt tres Dii, ſed vnus tãtùm eſſentia. Cum Schegkio autem dicere aliquo ſimili, præſertim iſto, quod iſti ſoli poſt epulas largiores venit in mentem, & cæteros, doctiſſimos alioqui homines & ſcripturarũ atque Theologiæ vſu attritos latuit, facilimè Vnitatem & Trinitatem repreſentari, an diuinæ maieſtati congruit, cui nulla creatura vlla facilitate poteſt eſſe ſimilis. Itaque iſtum, qui facillimè Deum repreſentare ſe gloriatur, lubet affari verbis, quibus ſimiles nebulones affatur Deus ipſe apud Eſaiam, Cui aſ-
Eſ.40. & 46. ſimilaſtis me & adęquaſtis, & comparaſtis me & feciſtis ſimilẽ. Præterea tuo illo ſimili, Gorgia, Quæſtionis ſtatũ inuoluis. Non agitur tantùm de modo ſiue ordine productionis, quando de hoc myſte-

rio agitur, ſed an Pater, an Filius, an Spiritus ſint diuinitatis partes, potentiæ, δυνάμεις & non potius per ſe, in ſe, ſeorſum, diſtinctè, actu, reipſa ſubſiſtant, quod hypoſtaſεων eſt proprium, non δυνάμεων. Tot vocabulis eandem rem declaro, vt te fugitiue diſputator, ad diſputationis nodum & vinculum retraham. δυνάμεις per ſe non conſtant, ſeorſum non ſubſiſtunt. hypoſtaſes per ſe & ſeorſum conſtant atque ſubſiſtunt. Quocirca etiam ſi productionis ordo locum haberet in tua theſi, minimè tamen, nedum facillimè, S. Trinitatis præcipua repreſentarentur.

Audio non multo poſt effrænem iudicandi de arduis libidinem & temeritatem. Nemo iſta omnia exquiſitius pertractauit Plotino Platonico, quem tamẽ propter ob- *3. Blaſphemia. Pag. 497.*

„ ſcuritatem & ſubtilitatem pauci
„ intelligunt. Nonne hîc locus eſt adagio, Similes habent labra lactucas. Nonne illud eſt, quòd vniuerſi prædicant Schegkium delectari obſcuritate, lætari auctoribus obſcuris, faſtidire lucem & perſpicuitatem? Omnes merito in te claritatem deſiderant, quibus reſpondere
Iac.1. ſoleo, nõ eſſe mirandum, ſi Scheg-
Io.1. kius, qui è mente Patrem luminũ, lucem veram totius mũdi illuſtratricem, Spiritum ſanctum mẽtium illuminatorem depulit, in tenebris & caligine miſerrimè volutetur. Si te oblectat obſcuritas, quam merito in te omnes reprehendunt, & indicem Animi nihil certo & diſtincte ſcientis prædicant: ſi in hoc myſterio tibi allubeſcit caliginoſa ſubtilitas, ſi in caligine, quàm in perſpicua luce mauis rotare tuos perverſos
uerſos

uerſos & hebetes oculos, habes alios ex Noſtris obſcuritate & caliginoſa ſubtilitate certantes cum Plotino, quibus tuam immoderatam ſitim expleas. Arripe in manũ, è veteribus quidem Marium Victorinum Afrum virum conſularem, qui ſub Conſtantio Principe libros (qui extant inter hæreſeologica) aduerſus Arrium, more dialectico ſcripſit, adeo obſcuros, vt ab eruditis vix intelligantur. E recentioribus verò Ioãnem Scotum obſcuritatem vel ex cognomento pollicentem, qui ſi tuo genio, obſcuritatis & tenebrarum amanti, non ſatisfacit, neque certè Plotinus ſatiſfaciet, quem Scoti comparatione hebetem & tardum, affirmare non dubito, propter ſubtilitatem, non modo obſcuritatem. Illic reperies, quæ tuum obſcurum & lucifugam

Hier. in Catalogo.

Genius Schegkÿ obſcurus et lucifuga.

genium cum Leonida Lacedæmonio in vmbra, cum Andabatis in tenebris, pugnare & Sabellianiſmũ aliáque flagitia caligine, obſcuritatibus, inuolucris tegere cupientem acerrimè & acutiſſimè exerceant. Deſine igitur Plotinũ cæteris ſubtilitatis nomine anteponere, & ad illam, quam putas, virtutem, noli adiicere blaſphemiam.

Blaſphemia profectò eſt Paganũ poſt Chriſti natiuitatẽ natum in illo orbe, vbi Chriſti doctrina coruſcabat, ideóque impium & citra excuſationem ſcèleratum Philoſophũ, exquiſitius vniuerſis Chriſtianis omnia iſta ad Trinitatem ſpectantia pertractaſſe. Plotinus, ſi quæ appoſitè, ſi quæ congruenter veritati dixit, aut habuit è noſtris, aut ex ſe, aut è Platone aliquóve a-
*Iud.*14. lio externo. Si primum, arauit cum

aliena vitula. Cúmque diſcipulus non ſit ſupra Magiſtrũ, quam Hebraïcam parœmiã ſic Hebręi enũtiãt ריו של עבר או בלמיר להינת כרבו iudica an ſitveriſimile iſtũ noſtris exquiſitius hæc potuiſſe pertractare. Hebraïce cito, neque ad verbũ interpretor, vt te linguæ ſanctæ conuitiatorem acrius vram. Si ſecundum, an non valde manca & imperfecta eſt humana notitia, quę ex humanis ſenſibus, cogitationibus, rationibus, regulis hauritur, nec Verbum Dei, ſupernæ & cæleſtis doctrinæ fontem conſulit? Magnificentius, quàm oporteat, vt audio, de corruptiſſima noſtra hominum conditione ſentis, nec alligatam collo mortalium cæcitatẽ & ignorationem è maternis viſceribus trahi perſpicis, & quidem durantem in perpetuum, niſi ab eo diſpella-

Talmud. in tract. de Paſchis.

tur, de quo cæleste fundit oraculũ: Est lux vera, quæ illuminat omnẽ venientem in hunc mundum. Ego
Io.1. sum lux mundi. Qui nõ me sequi-
Io.8. tur, ambulat in tenebris. Iohannes ille tonitru filius, cum mira fuisset Theologicatus de Dei Verbo, per quod vniuersa consistunt, siue aspectabilia, siue sub sensum nõ cadentia, per subiectionẽ curiosioribus respondendum putauit. Potuissent illi quærere, vnde tanta, tam ardua, tam cælestia de Deo & eius Verbo, déque bino illo lumine accepisset. Respondet exclamãdo, Vnigenitus, qui est in sinu Patris ipse
Ioan.1. enarrauit. Et tu garrule Sophista, citra vnigeniti enarrationem, citra lucis æternę & veræ reuelationem, Plotinum facies omnium exquisitissimum Essentiæ diuinæ, & trium principum hypostaseων tractato-

rem? In maleuolam animam (Spiritui sancto crede) non exquisitè ingreditur supernarum & diuinarũ rerum sapientia, nec habitat in corpore peccatis subdito. Vnde Hieremias ipse Dei alloquio dignus ab ipsa infantia effectus, monetur tamen ab ipsomet Domino, precari, vt mysteriorum intelligentiam consequatur. Et Nazanzenus Theologi cognomento donatus propter diuinæ sapientiæ copiam testatur, Dei exquisitam cognitionẽ non esse omnium, sed exercitatorum duntaxat, qui penetrãdo multum in cõtẽplatione promouerũt, quíque prius per fidẽ & Dei amorem tam animo quàm corpore purificati sunt, aut saltem mediocriter purificãtur. Vísne (inquit ille alibi) Theologus aliquando, & diuina sapientia dignus fieri? Man-

Sap. 1. *Hier. 33.* *Nazan. Oro. 1. ad Eunomianos.* *Nazan. or. de dogmate et statu episcoporum.*

data ſeruato, per Dei præcepta ambulato, Actio enim eiuſmodi, quidam eſt ad cõtemplationem aſcenſus. Quo pacto ergo Plotini mala mens, malus animus, qui Chriſti gloriam extinguere eſt conatus & Porphyrium ad Apoſtaſiam & oppugnandum Chriſtianæ doctrinæ ſplendorẽ induxit, tam ſancta, tam arcana, tam diuina, quæ cum ſolis familiaribus Deus communicat, eſt exquiſitiſſimè omnium aſſecutus? Quo pacto omnes ſuperauit Chriſtianos, eos præſertim, qui maximam & præcipuam vitæ partem in his contriuerunt? Qualis eſt Iuſtinus Philoſophus, idémque Martyr, cuius libri alii hac docta & eru dita tractatione tanquam floribus reſperſi ſunt, alii ex profeſſo hoc argumentũ explanant. Qualis Gregorius, qui Theologi cognomen,

vt modo docui,ex eo retulit, quòd omnium ſui temporis ſapientiſſimè & diuiniſſimè de Deo diuiníſque hypoſtaſibus ſit elocutus: Qualis Auguſtinus ipſe, qui libros quindecim de Trinitate, infinitos tractatus, diſputationes, collationes de eadem re aduerſus Arrianos confecit? Quales denique Athanaſius, Cyrillus, & innumerabiles alii Græciȩ & latii principes, qui cunctas ingeniorũ opes huic vni quæſtioni explicandæ deuouerunt, ad Domini aream, Sabellii, Arii, cæterorúmque indignè de Dei natùra ſententium paleis expurgãdam.

Si à Platone, aliíſve externis iſta Plotinus didicit, quod tertiũ relinquebatur, cùm Plato, cùm cæteri Gentiliũ Philoſophi, Magi, Hierophantæ, ſacerdotes, Sapientes, omnia hæc non intellexerint, nedum

pertractarint exquiſitè, quo pacto eos potuit vnus Plotinus tanto interuallo poſt ſe reliquiſſe; Si leuiter deguſtaſſes Petrum Sententiarum Theologicarum principem ſub principium legiſſes. Per creaturarum contemplationem ſufficiens notitia Trinitatis haberi nec poteſt, nec potuit, ſine doctrinæ vel interioris inſpirationis reuelatione. Vnde illi antiqui Philoſophi, quaſi per vmbram & de longinquo viderunt veritatem, deficientes in contuitu Trinitatis, quẽadmodum Magi Pharaonis in tertio ſigno. Alludit autem ad Exodi locum, quem qui paulò ſublimius contemplantur, tertio illo ſigno adumbratum interpretantur Sanctum ſpiritum. Cuius notitia & cognitione ſapientes Ægyptiorum, imo verò profanarum gentium

lib.1.ſent. diſt.3.
Ex.8.

omnium fuerint deſtituti. Interpretaris quidem βασιλικὴν ψυχὴν apud Platonem in Philebo de perſona Spiritus ſancti, ſed tuo iure, id eſt, commentitio, incerto, phantaſtico. Nam neque Plato, neque Plotinus, neque alius quiſquam Philoſophorum ſatis definitè & diſtinctè ſciuit, non dico, quid eſſet, ſed an eſſet Spiritus ſanctus, cùm eius cognitio etiã apud fideles Iudæos, ante Chriſtum admodum eſſet obſcura & pauciſſimis perſuaſa, teſtante Luca in Actis Apoſtolicis, *Act.*
Sed neque audiuimus, an eſſet Spiritus ſanctus. Poſſẽ diſputare Abrahamum ipſum credentium parentem & veteres Patres non ſatis apertè & clarè iſta habuiſſe perſpecta. Et tuo iudicio Philoſophi exquiſitè non modo cognouerunt, verum etiam pertractarunt? Raro

Hebræi ídq; obſcurè de,י, מאמר & רוח הקדש verba faciunt, & Græci Gentiles, profani, teſtamentorum exortes, quibus eloquia Dei nõ fuerunt credita, exquiſitè iſta intellexerunt? Si in tua hæſiſſem opinione, & per omnia Philoſophos Eccleſiaſticam doctrinam expreſſiſſe cenſuiſſem, nonne meos libros de Trinitate illorum teſtimoniis & ſententiis amplificaſſem, ac in eos totum Eugubinum de perenni Philoſophia tranſcripſiſſem, aut certe potiorem partem, meque eius plumis, more tuo ornaſſem, ingenium alienis laboribus oſtentaſſem, falſa pro veris, dubia ac incerta pro conſtantibus & certis, vt ſoles, aſſeueraſſem?

Porrò quis nõ mirabitur diſputantem de Deo aduerſus Theologum Magiſtrũ ſuum, nullam vo-

cem vllis in paginis mittere è Dei Verbo. Vnos duntaxat paganos philoſophos in apertum proferre, vrgere, ex illis concludere, quod Verbo Dei erat ſanciendum, ex illis definire, quid ſit habendum pro pio, ſãcto, Catholico, quid pro impio, nefando, hæretico. Nondum didiciſti Gorgia, quid appelletur hæreſis. Eſt hæreſis, quicquid pugnat cum Dei Verbo, cum religione, cum diuinarum rerum ſapientia, non cum Philoſophia. Dico, clamo, ſcribo eſſe hęreticum, quicquid ſenſit Philoponus de tribus Diis, Quicquid Platonici de tribus principalibus eſſentiis docuerunt. Tu contrà Platonicos rectè aſſeris docuiſſe tres eſſe principes Eſſentias. Siquidem probas, laudas, ſupra omnes enehis Plotinum, qui in hanc ſententiam librum ſcripſit

& inſcripſit περὶ τῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων, vt è Sabelliano de repente mihi videaris euaſiſſe Trinitarius, Arrianus, Philoponianus. Nam hypoſtaſes iſte Philoſcotus confundit cum Eſſentia, & cùm tres principales hypoſtaſes conſtituit, omnino admittit tres eſſentias principales. Vocabulum enim hypoſtaſeως in ſignificatione Perſonæ omnino vocabulum eſt noſtrum, Chriſtianum, Theologicum, Eccleſiaſticum, vt quadam epiſtola ad Damaſum definit Hieronymus his verbis. Tota ſæcularium literarum ſchola nihil aliud hypoſtaſim, niſi οὐσίαν nouit. Idem concludunt apud Græcos quidem Anaſtaſius antiquiſſimus & ſanctiſſimus Patriarcha, Sozomenus & Socrates in ſuis Eccleſiaſticis hiſtoriis, apud Latinos verò Ruffinus, & quem modo

Hiero.to.2. ad Damaſum, Quoniam vetuſto &c.

Anaſt. lib. 3. de rectis dog. Sozo. lib.6.c.12. Socrat. li.3. cap.7. Ruff. lib.1. hiſt.ca. 29.

appellaui, Hieronymus, Græca eruditione omnes clariſſimi, & in dictionum Græcarum vſu ſignificationibúſque exercitatiſſimi. Liber ergo περὶ τῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων, quē propter ſubtilitatem & obſcuritatem tantopere celebras, Philoponianus & Trinitarius eſt. Quanquā haud ſatis ſcio, an nō inſcriptus ſit, περὶ τῶν ἀρχικῶν οὐσιῶν, vt auctoris inſtituto atque menti de tribus principalibus intelligentiis & diis ſupremis apertius conſonet. Nam exemplum Gręcum non habebam in promptu, quādo iſta, dictabam. Verum mihi ſufficit tua fides, quæ cæteroqui ſolet eſſe fallaciſſima, vt hæreticorum omnium. Platonicos autem prębuiſſe Philopono errandi occaſionē de tribus diis nec temere, nec inſipienter diſſerui. Illud quippè è Calcidio Philoſopho Ti-

Schegkius non intellexit Plotinum.

Pag. 497.

Pag. 19. mæi Platonici paraphraſte clariſsimè demõſtraui & nunc clarius tua cauſa demonſtrabo. Addam enim Numenium, Porphyriũ & aliquot alios Platonicos, vt tua oſcitantia, & inertia in legendis & voluendis bonis libris eluceat, vt tua inſcitia vbique in Philoſophorum decretis & ſcitis appareat, vt denique tua temeritas pateat, dum iudicas de rebus & libris vel non cognitis, vel non lectis. Negas Platonicos fuiſſe tredeïtas & prætuliſſe facem Philopono, atque dum id ſtatuis, me garris Platonica non intelligere. Quid eſt igitur illud, quod aduerſus Iulianum Apoſtatam D. Cyrillus ſcribit, Porphyrium libro quarto hiſtoriæ Philoſophicæ primum conditorem, ſecundum conditorem, & tertium cõditorem poſuiſſe, recitata illius oratione? Quid,

Platonici Tredeitæ cõtra Schegkium.

Cyrill. li. 8. contra Iulia. tom. 2.

quod primùm commemorãs Numeniũ, allatis ipſius verbis, introduxiſſe Deum primum, Deum ſecundum, Deum tertiũ, deinde concludit, eius multa ferri potuiſſe, niſi Deum ſecundum & Deum tertium non rectè nominaſſet? Quid, quod poſt adducta Plotini tui ab obſcuritate & ſubtilitate vſqueadeò laudati dicta & ſcripta ſubiicit? Et mentem quidem eſſe dicit Deum Verbum, ſicut Nos. Quoniam & nos ipſi ſapientiam illud nominamus, verum non inferius, neque ſecundum in vllo, excellentia & gloria Patris, neque quaſi nõ habeat per ſe perfectionem, perfici ipſum dicimus intuitu in Patrem, ſicut ſcilicet iſtis videtur, quod opus habeat primo auctore mentis, & ipſum cõtempletur, vt diteſcat. Conſimiliter autem vult & animã,

In quo Platonici defecerint, dum aliqua muſſitarent de S. Trinitate ex Cyrill.

quæ à Primo tertia dicitur, indigere mentis contemplatione & participatione, quam (mentem) & ſecundam cauſam nominant, vt & illi (animæ) proſit. Verum illi quidē, ſic opinantur, & ad inæqualitatem naturarum (attēde Philoſophe) ea, quæ apud ipſos ſunt admirabilia reſoluūt, frigidis & puerilibus gloriantes cogitationibus. Nos autem perfectum eſſe dicimus Patrem & filium tanquam perfectum ex perfecto, ad hęc & Spiritum ſanctum. Diuina enim & ineffabilis natura nullo indiget, quod ipſi accedat, ſed perfectione diues eſt, ídque ex ſeipſa, in omni dignitate, quæ diuinæ naturæ & ſoli conuenit. Quid, quod alio illius libri loco, nihil in Platonicis ſe deſiderare affirmat, quàm vt Conſubſtantialitatis rationem tribus hypoſtaſibus accōmodent,

Sententia Christiana Platonicæ opposita.

Lib.8.

modent, neque Subſtantiarum diuerſitate eas dirimãt? Nam ſola ferè cõſubſtantialitatis ratio nos Catholicos à Philoponianis & veteribus Tredeïtis ſeparat. Tres (inquit) principales ſubſtantias etiam ipſi poſuerunt (Platonici) & vſque ad tres ſubſiſtentias Eſſentiam Dei attingere affirmarunt, interdum etiam Triadis nomen ponentes, cũ Chriſtianorum ſententia conueniunt. Ac in his certè nihil deſideramus, *Si rationem conſubſtantialitatis tribus ſubſiſtẽtijs accommodare vellent*, & vt vna intelligatur Deitatis natura *Triplicitatem nõ habens in naturali diuerſitate*, vt hypoſtaſes inter ſe non videantur minores. Nam primum auctorem ſummum conſtituunt ſtantem, immobilem, beneficum per omnia & illum dicũt eſſe bonum. Ex ipſo autem **factam*

**Valde alienum vocabulum Platonicorum Schegki.*

esse mentem, quæ intuitu in ipsum perficitur, quo modo & secũdum nominant Deum & præsidentem mundo opificem & illum substituunt ac in secũdo ordine post primum supputant. Præterea & tertiam narrant mundi animam ex se, vt perfectè habeat, sortitám minime, sed habitudine ad proximam mentem diuiniorem & viuificandi potẽtiam robustiorem *effectam*. Quid, quod Platonem ipsum fuisse Tredeïtã disertè explicauit Platonicus Porphyrius, cuius hæc est narratio. Ideo occulte Plato de illo insinuat dicẽs, Circa regem omnia sunt, & illius gratia omnia, & illud causa omnium pulchrorum. Secundum autem circa secunda, & tertium circa tertia. Nam cum omnia quasi existant *circa tres Deos*, attamẽ primò quidem circa omniũ

Plato Tredeita ex Porphy. Cyrill. li. 1. cõt. Iulia.

regem, ſecundò autem circa Deũ ab illo, & tertio circa Deũ ab ipſo. Quæ quidem Porphyrii Cyrillus excipiens, Vidit igitur (ait) non prorſus ſanè, ſed *ſicut Arriani*, ſeparauit & ſubſtituit, ſubſiſtentiáſque ſubiectas ipſis intulit, *tréſque opinatus eſt Deos* diſtinctè Sanctã & conſubſtantialem Triadem. *Platonici Arrianizant.*

Hic libet vſurpare Apoſtolicũ iſtud ad Corinthios, laudo vos, in hoc non laudo. Laudo Platonem, laudo Platonicos, quòd igniculos ſanctæ religionis habuerint, quòd ſeminaria veræ noſtræ fidei non ſine diuina virgula conceperint, quòd etiam foras effuderint, vt cũ Deum ſolitarium eſſe noluerunt, cum ei νοῦν ſiue ἰδέαν adiunxerunt, deindéque ψυχὴν ſiue πνεῦμα, cùm diuinam ſubſtantiam vſque ad tria progredi docuerunt, cùm tria illa *1.Cor.11.* *In quo laudandi Platonici.*

non modò realiter, cum Schegkio & altera Sabellianorum factione, diſtinxerunt, verùm etiam per ſe, actu, diſtinctè, ſeorſum conſtare decreuerunt. Tanta & talia in externis magni facio. Dei dona & ſapientiam in illis & quocunque alio gratè ſuſpicio, memor ſententiæ
Eccl.1. Eccleſiaſtici, omnis ſapientia à Domino Deo eſt, Et Auguſtini, Veritas in quocunque eſt, à Spiritu ſancto eſt, quam etiam, ſi quidem valeo, ab iniuſtis dominis, qui verita-
Ro.1. tem in iniuſtitia detinent eripio, & Eccleſiæ iuſtæ & legitimæ hæredi vendico, quemadmodum Ægyptios Hebræi olim ſpoliauerunt. At neque laudo, neq; probo, quin potius corrigo & ad fidei normam apto quęcunque plenioris luminis penuria, minus rectè, minus abſolutè propoſuerunt, vt de tribus

Diis, de tribus principalibus eſſentiis, de inæqualitate & diuerſitate naturarum. Excuſari merentur vtcunq;, quòd pleniore & perfectiore lumine eſſent deſtituti. Quódq; ſatis pro luminis ſibi conceſſi portione ſunt philoſophati, rectius etiam, quàm Schegkius & plurimi alij hæretici, tametſi ad aliquē ſcopulum interdum impegerint, laude non caret. Quare eundem Cyrillum, contra Apoſtatam à Gręcis & externis literis inuidè & maleuolè Chriſtianos arcentem, libens hæc audio, Sufficit quidem nobis diuina ſcriptura, nec indigemus prorſus externis magiſtris. Sed quoniam dulce eſt omnia ſcire, idcirco hac ratione & valde prudenter etiam Græcorum ſententias diligenter diſcutimus, quas de vnaquaque re habuerunt in primis de

Cyrill. li.7. cont. Iulia.

Iust. sub fine Apol. 1. ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους (vt ait Iuſtinus Philoſophus & martyr) τοῦ σπερματικοῦ θείου λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν, καλῶς ἐφθέγξατο. ὅσα οὖν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται ἡμῶν τῶν χριστιανῶν ἐστί. Vnuſquiſque enim eorum ex particula ſeminaria diuini Verbi id quod eiuſdem generis erat intuens, præclarè eſt locutus. Quæ igitur apud omnes præclarè enuntiata ſunt, noſtra ſunt Chriſtianorum. Sed ad Platonicos.

Platonici ergo clamant, teſtantur, profitentur Platonem ſuum fuiſſe τριθεΐτην. Schegkius minus in Platone quàm Ariſtotele verſatus negat, & ita negat, vt ingenti ſpiri-
» tu aſſeueret id haud quemquam di-
» cturum Platonicum, aut quemquã
» non Platonicum probaturum vllis
» argumentis. En Platonici dicunt & ego non Platonicus probaui certis & teſtatis argumentis. Vtris po-

tius credendum? Vtris maior accommodanda fides? Oſcitantíne Sophiſtæ, Platonica duntaxat intelligenti & citanti è fragmentis Eugubini, an Platonicis diligentiſſimis Principis ſui Platonis ęmulis & ſectatoribus? Id vt probes, Gorgia indoctiſſime, contra ſenſum & conſenſum Platonicorum, me non legiſſe ais Platonem in Philebo, neſcio quæ muſſitantem de βασιλικῷ νῷ & βασιλικῇ ψυχῇ in Iouis Eſſentia innatis. Legi Gorgia, legi & in Platone ipſo & in tuo indice Auguſtino Eugubino de perenni Philoſophia, è quo ſub nomine Platonis & ipſorummet auctorum, ingratè ſuppreſſo magiſtri tui Eugubini nomine, tuas omnes allegationes ſoles extrahere. Caue autem, ne dũ Platonem ab omnis religionis errore vis eripere, idem tibi accidat,

ac ſuperiore Maiorum noſtrorum memoria Petro Aballardo, qui dũ multum ſudauit, (auctore pio illo Clareuallenſium Abbate) vt Platonem faceret Chriſtianũ, ſe probauit Ethnicum. Caue etiam, ne Aëtium Medicum Antiochenum æmuleris, qui dum illota conſcientia, ſola fretus Philoſophiæ & Medicinæ cognitione Eunomii Magiſtri dogmata, paulò ardentius inſequitur, nimium altercando veritatem amiſit, & in Atheïſmum atque Athei cognomen incidit. Pręſertim cum omnia ferè habeas cũ iſto communia. Vterque Philoſophiæ iuxta ac Medicinæ nomine mnia ſibi tribuit. Vterque magiſtrum habuit impium, ille Eunomium, tu Brentium. Vterque malam cauſam male defendit, & peiorem altercando Sophiſtica red-

Bernard. epiſt. 190.

Aetius Philoſophus et Medicus.

didit. Vterque idem de S. Trinitate argumentum male intellectũ, vnis & iiſdem Philoſophiæ ac Medicinæ armis, inſalutato Dei Verbo, animo impauido, neque ad Dei ſermones trementi tractandum ſuſcepit. Iſte euanuit in ſuis captionibus & argumentationibus Sophiſticis, Iſte cogitationem Numinis, ſuorum argumentorum vi iuſtiſſimo Dei iudicio, planè tandem exuit. Reſtat, vt tu id quoque præſtes, ſi quidẽ iſtum per omnia adæquare concupiſcis. Nam nimis altercando veritas ſolet, inter Philoſophos præcipuè, amitti atque excidere. Sed Deus auertat. Nec enim iſthęc male ominãdo, Schegki, aio, ſed ſaluti tuæ metuendo. Quid enim malim ego, quàm vt te viſceribus Chriſti incluſum cernam, eius corpori cohærentem au-

diam, conſpiciam, intelligam, te vt cùm in pręſenti tum in ſempiterno æuo in Domino perfruar. Cætera de Aëtio lege apud Epiphanium, & fabulam tibi narrari mutato nomine agnoſces.

Pag. 498. *Pag.* 21. Reprehendis ſexto loco, quod ſanctiſſimè ſcripſi, Diuinam Eſſentiam eſſe in quacunque diuina hypoſtaſi ſimpliciſſimam, ratione ludicra. » Nemo, inquis, ſic locutus eſt, » & veritas Catholica Phraſim hanc » diuinam Eſſentiam in aliquo ineſ- » ſe tolerat nequaquam. Atqui mea verba, prout etiam à te recitantur, ſonant *in aliquo eſſe*, non, *in aliquo ineſſe.* Quali impudentia (obſecro, *Eſſe* vertis in *ineſſe*, vt aliquid ad car pendum tibi præfinias; Deinde etiã ſi compoſito illo verbulo fuiſſem abuſus non egregia laus eſt λογομαχεῖν. Nam id prohibet Paulus, ſi ta-

men Paulum curas, aut alium Sanctum Apostolum, de quorum fontibus nulla tua arentia rigare dignatus es, siue ad tua confirmanda, siue ad mea infirmanda. Pari candore supra improbabas, quod scripseram personam in se hærere, per séque constare. Nec cogitabas aut potius sciebas. (Nam quid tibi cũ classicis auctoribus!) Ciceronem solere sic loqui & hanc locutionẽ à me apposité vsurpatã aduersum te & reliquos Sabellianos, qui personas in Essentia, velut in communi quodam subiecto, hærere cõcipitis, non in sese, & per sese. Ex quo Caluinus personam residendi quadam notatione definiuit. Atqui nõ resident hypostases in essentia, vt iste cõminiscitur, sed in se sidunt, hærent, subsistunt. Quàm verè, quàm propriè Abraham separatã Pag. 493

personam à filio constituit. Quàm certò in se Abraham hæret, non in vlla alia re, se nititur, se sustentatur: Quàm aptè Abraham per se subsistere, per se cohærere, per se constare dicitur, nec in humana essentia cum filio, vel nepote esse insitus: tàm verè, propriè, aptè, certò filius Dei in se & per se subsistit, cæteràsque notationes ad id significandum comparatas sortitur. Substantiæ primæ in se sunt, in se hærent. Secundæ in primis. Vt ergo significarem, quod vos non confitemini, Personas diuinas per se existere, Diuinam autem essentiam esse in personis, non personas in Essentia, sic sum locutus. Fortasse te male habet, quòd in se personas hærere dixerim, quia tu eas mauis hærere in diuina Essentia, tanquam δυνάμεις. Sed tuum illum errorem re-

Arist. in Categ.

ſellunt Græci Patres, qui perſpicuè aſſerunt diuinas perſonas non ſolum eſſe per ſe, ſed & in ſe, vt Sabelliani Arrianíque acrius vrantur, id eſt, non ſolum eſſe hypoſtaſes, ſed & Enypoſtata. Vnum Epiphanium nunc proferam. Nam nõ paſſis velis, non iuſta claſſe, aduerſum tam debilem, tam imparem antagoniſtam libet proficiſci. Epiphanius igitur contra Noëtianos, enarrans D. Ioãnis locum, *Ego Vado & ille Veniet*, οὐκ εἶπε (inquit) ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ἐγὼ ἔρχομαι, ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ ἐγὼ, καὶ ἐκεῖνος, ἐσήμανεν ἐνυπόστατον τὸν υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ πάλιν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. ἵνα δείξῃ ἐνυπόστατον τὸν πατέρα, ἐνυπόστατον τὸν υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα. Non dixit Dominus, Ego vado, & ego veniam, at Ego & ille, vt ſignificaret vtrunque tam

[*Hiero. to. 2. ad Damaſum.*]

[*Epiph. her. 57. Ioan. 17.*]

Filium, quàm Spiritum eſſe Enypoſtaton, id eſt, in ſe ſubſiſtentem. Rurſum, vt idem declararet de Patre, qui & ipſe eſt Enypoſtatos, adiecit, Spiritus Veritatis, qui à Patre procedit, de meo accipiet. Præterea multo grauius caſtigare debueras, quod ſuperiore pagina, certe Sabelliane, quò tua omnia

Pag. 497. aſpirant, poſuiſti. Hæc tua verba ſunt, Plato dicit in Eſſentia Iouis Filium & Spiritum ſanctum, tanquam producta quædam eſſe & (Paulò ſupra) innaſci. Nam quid eſt eſſe aut innaſci in Eſſentia Dei Filium & Spiritum ſanctum, tanquam producta quædam! Nondū perſuaſus es, vt cōſpicio, quod contra Caluinitas docui, Vnigenitum definiri Dei Filium, non quod, vt tecum iſti Sabellianè prædicant, ſit in eſſentia Dei genitus, ſed quod

4. Blaſphemia Schegkij Filium non eſſe ex Eſſetia Dei genitū ſed in Eſſentia.

Pag. 50.

Ex eſſentia. Hanc Eccleſiaſticam atque adeo Chriſtianam definitionem, præter eos, quos illic recenſui, confirmant Theophylactus ad Matthei caput 16. & hiſtoria Ruffini Eccleſiaſtica totius Niceni concilij nomine. Si ſanctos & primarios libros voluere Sophiſtæ totũ vitæ tempus in Auerroë & iſtius pretii barbaris & inſipidis nugatoribus conſumenti atque perdenti vacaret, res tota ipſi eſſet perſpectior.

Ruff. lib. 1. cap. 6.

Septimo loco carpis non me, ſed Diuũ Paulum tradentem Chriſtum ita plenè ac perfectè poſſediſſe Dei Patris formam ſiue eſſentiã, vt eius μορφὴ ſit μορφὴ τοῦ θεοῦ πατρὸς. Vt illud oraculum eludas, neſcio quid gannis de formalitate Sophiſtica & in peruerſiſſimum ſenſum arripis, quod Paulus clarè enuntiauit.

5. Blaſphemia filium non eſſe Dei Patris formam.
Phil. 2.
Pag. 499.

Vín' audire formam Dei Patris & essentiam planè nihil differre, neque ad Philosophicam formam propter huius loci explicationem esse recurrendum? Nemo, opinor, Paulum melius interpretari potest, quàm ipsemet Paulus. Vide autẽ, vt Paulus semetipsum perspicuè exponat & interpretetur. Qui in forma Dei erat, formam serui accepit. Cùm in hac enuntiatione, *formã serui, &c.* more Hebraïco essentiã siue naturã seruilem, id est, humanã apertè significet, quam Christus assumpsit, quis non intelligit, quis non capit formam Dei ἐκ τῆς ἀντιθέσεως designare essentiam & naturam oppositam, id est, Dei. Ante te nemo, non Arrianus, aliter Paulum intellexit. Vnum nunc Basiliũ contra Eunomium instar omnium proferã. Cuius testimonium ideo est du-

Ibid.

Basil. cõtra Eun. Theo. lib. 2. Polymo.

eſt duplum, quoniam recitatur à Theodorito contra Eutychianos & commendatur vt firmiſſimum ad expugnandas hæreticorũ arces. ἐγὼ γὰρ καὶ τὸ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχειν ἴσον δύνασθαι τῷ ἐν οὐσίᾳ θεοῦ ὑπάρχειν φημί. ὡς γὰρ τὸ μορφὴν ἀνειληφέναι δούλου ἐν τῇ οὐσίᾳ τῆς ἀνθρωπότητος τὸν κύριον ἡμῶν γεγενῆσθαι σημαίνει οὕτως λέγων ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχειν, τῆς θείας οὐσίας παρίστησι τὴν ἰδιότητα. Ego enim etiam illud, *Qui cum in Dei forma eſſet*, idem pollere dico, *ac in Dei eſſentia*. Nam vt formã aſſumpſiſſe ſerui, Dominum noſtrum in humanitatis eſſentia natum eſſe ſignificat, ita certè, qui eũ aſſerit in Dei eſſe forma, diuinæ eſſentiæ exhibet proprietatem. Sed de eo poſteà aliquid aliud. *Pag. 499.*

Octaua tua vituperatio me omni crimine abſoluit. Te autem nouæ blaſphemiæ ſcelere planè illa- *6. Blaſphemia Schegky Patrem nõ eſſe principium diuinitatis.*

„ queat. Ideo patrem (ais de me)
„ principem perſonã eſſe dicis, quia
„ diuinitatis totius fons exiſtit, at-
„ que principium. At ne ſic quidem
„ rectè dictum illud videtur, cum
„ Pater non ſit principium diuinita-
„ tis, quippe Pater non producit Di-
„ uinitatem, ſed Perſonas & hypo-
„ ſtaſes reliquas in vna diuinitate
producit. Primum, vt tibi reſpondeam, βλασφημεῖς, quod vt minus rectè dictum criminaris hanc Catholicam & ſanctam propoſitionem, Pater eſt principium Diuinitatis.

Eph.3. Eſt enim hauſta è Diuō Paulo ſcribente ſe flectere genua ad Patrem Domini noſtri, èx quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. πατρίας γὰρ (inquit Oecumenius) τὰ γένη καλεῖ, ἀφ᾽ ὧν καὶ πατέρες καλοῦνται.

Heb.2. Et Rurſum, Qui ſanctificat (Chriſtus & Spiritus ſanctus) &

qui ſanctificantur ex vno omnes. Nempe ex Deo Patre. Et ſi aliter res creatæ, aliter Filius & Spiritus ſanctus. Deum habeant auctorem atque principium. hi enim naturaliter, illæ artificiosè ab ipſo manãt atque exiſtunt. Iacobus frater Do- *Iac.1.* mini ſiue propinquus adiicit ſuum calculum, quando primam diuinitatis perſonam, Patrem appellat luminum, id eſt, diuinitatis Filij & Spiritus ſancti principium, vt interpretatur magnus Dionyſius de *Dionyſ. de cæl.Hier. cap.1.* cæleſti Hierarchia, qui & inde colligit, πατέρα eſſe ἀρχίφωτον, à quo proficiſcatur ἀρχικὴ καὶ ὑπεράρχιος τοῦ θεαρχικοῦ πατρὸς φωτοδοσία. Quem æmula- *Parchymeres ibid.* tus Pachymeres πατέρα φώτων exponit υἱοῦ τε καὶ πνεύματος δηλονότι. ἀρχίφωτον δὲ ὡς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν θεότητος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. Prætereà Auguſtinus hæc iiſdem verbis ac nos enuntiat,

ita vt mecũ non tam litiges, quàm cum Auguſtino, atque adeo vniuerſa Catholicorum cohorte. Pater eſt (inquit) principium totius diuinitatis, vel ſi melius dicitur Deitatis, quia ipſe à nullo eſt. Non enim habet de quo ſit, vel de quo procedat, ſed ab eo & Filius eſt genitus & Spiritus ſanctus procedit. Cui formulæ, vna Dionyſii Græca reſpondet, *fontana Deitas ipſe Pater*: πηγαῖα θεότης ὁ πατήρ. Detexiſti autem etiam hic tuam infantiam, quòd neſcias, quid ſit eſſe diuinitatis principiũ. Non producere certe vel ſe vel diuinitatẽ, vt tu falsò imaginaris, ſed originẽ & principiũ naturę dare Filio & Spiritui ſancto, in quib⁹ ſingulis tota eſt diuinitas. Te id docere debuerat primus Adam, quem naturæ humanæ principium dicimus, tũ quia hominũ primus,

Aug. 4. de Trinit. cap. 20.

Magiſt. lib. 1. ſent. diſt. 29.

tum quia reliqui omnes homines ab eo ſunt propagati. Ita enim Pater principium diuinitatis, quoniã prima eſt diuinitatis perſona, non quidem cæteris tempore antegrediens, ſed natura, quoniam etiam ab eo reliqui duo manant ſubſtantialiter. Denique quoniam nullus diuinitatem habet, niſi ipſe, & cui eam communicat, id eſt, Filius & Spiritus ſanctus. Ita ſignificatur aliter Patrem eſſe principium, aliter Filium, aliter Spiritum ſanctum. Nam vnumquemque ipſorum eſſe & dici principium eſt clarius, quàm vt prolixius debeã oſtẽdere, tametſi alio atque alio reſpectu ſiue comparatione. Ideo enim idem Auguſtinus contra Maximinum pronũtiat Patrem eſſe principium non de principio, Filium principiũ de principio, Spiritũ ſanctum prin-

Auguſtin. cõtra Max. li. 3. cap. 17.

cipium de vtroque principio, qui tamen vnum ſimul ſint principiũ, non duo principia. Seorſum autem Pater hanc notationem ſibi vendicat, quoniam diuinarum aliarum perſonarum origo, fons, principiũ
1. Cor. 15. Pſal. 8. exiſtit. Et ſicut Apoſtolus interpretans Pſalmi verſiculũ, Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, excipit Patrem, qui ipſo Chriſto ſubiecit omnia, ſic cum Auguſtinus & cæteri Catholici, quos tu improbè perſtringis, ſcribunt Patrem eſſe diuinitatis Principium, fontem, ſcaturiginem, & interdum cauſam (Nã Græci Theologi non abhorrent ab hoc vocabulo) intelligũt cum exceptione diuinæ perſonæ, quæ dicitur Principium. Non enim, vt vos audacter & intrepidè dicere ſoletis, Pater exiſtit à ſeipſo, quia neque ſe neque ſuam produxit diui-

nitatem, neque ſibi ipſi dedit principium, ſed vel ſeipſo exiſtit, vel à nullo potius. Hoc habet Nazanzenus in hunc modum. Eſt expers Principii Pater. Non enim hic aliunde, *ac ne quidem à* ſeipſo ſuam ſubſtantiam eſt conſecutus. Filius autẽ, ſi Patrem vt cauſam accipis, non expers eſt principii. Nam filii principium & cauſa ipſe eſt Pater. Sed quid tibi oppono Theologos; Adeo es infœliciter eruditus in philoſophia, ſine cuius notitia Theologici apices non exactè & enucleatè percipiuntur, vt neſcias neque quid ſit principium, neque quemadmodum ad principiũ vniuerſa quæ ſunt è principio referantur. Si id perſpiceres, animaduerteres te, dum blaſphemas Patrem nõ eſſe diuinitatis fontem atque principium, eneruare myſterium de

Nazan. or. de dogmate & ſtatu epiſcoporũ.

Heb. 2.
Eph. 3.

Vnitatę Dei. Patres noſtri inter cæteras cauſas, cur vnus duntaxat ſit Deus, non tres, hanc attulerunt, quod Pater ſit Principium Diuinitatis, quòd ad ipſum tanquam ad fontem cæteri referant ſuam Deitatem, quòd, auctore Paulo, Qui ſanctificat & qui ſanctificantur ex vno omnes, quòd denique à Deo Patre omnis paternitas in cælo & in terra nominetur: Conſule, obſecro, quæ de auctoritate Principii, meo ſecũdo de Trinitate pag. 166. & ſeq. è puris Eccleſiæ & Sanctorum fontibus docui. Deſines fortaſſe hic malæ cauſæ patrocinium pro tua cõſuetudine ſuſcipere. Caluinum enim defendis perſonarum inæqualitatem, Græci ſermonis oſtentatione introducentem, ὑπεροχὴν καὶ ἐξοχὴν, quam tu præeminentiã interpretaris, Patri ſupra Filium &

7. Blaſph. de præeminentia Patris. Pag. 499.

Spiritum ſanctum attribuentem. Quaſi verò tua flagitia non te ſatis premant, minimúm ve apud ſanos tuo honori, famæ, exiſtimationi decerpant. Patere, vt iterum hic te ad primas artes relegem, ad figurarum ſiue Grãmaticorum ſiue Rhetoricorum tractatores amandem. Hanc dicendi formulam referri ad rerum eiuſdem ſortis, claſſis ac ordinis inſignem inæqualitatem docebunt. Apud eos καθ' ὑπεροχὴν, ſiue, κατ' ἐξοχὴν Poëtæ vocabulo Homerus inſigniri feretur, itémque Virgilius Maro, quoniam notabili interuallo cęteros poëtas in ſua quiſque lingua poſt ſe reliquerunt. Cicero, Demoſtenes eodem tropo Oratoris nomine intelligentur, quòd nullos eloquentia pares habuerint. Cætera ex iis potes repetere, quæ aduerſus iſtum illo loco

diſſerui. Illinc tuam temeritatem, ſi ſapis, cohibe & Caluinitas nugari Græcè ſolitos ſuis ſomniis frui ſine. Præſertim quia neſcis argumentum de iſta materia conficere, quod non maximam infantiam reſipiat. Nam quale iſtud putas! Si
*Pag.*500.
» nulla Patris ὑπεροχὴ reſpectu Filii,
» aut ſcilicet pater ſuperiorem pro-
» duxit Filium perfectione hypoſta-
» tica, aut omnino eundem. Supe-
» riorem nō potuit. Non etiam pro-
» duxit eundem, quia non ipſum ſe-
ſe. An tibi cum iudicio & ſolide propoſitū videtur, aut Pater produxit ſuperiorē Filium aut omnino eundem? In hac diſiunctione nihílne deeſſe, nihílne deſiderari vides? Certe neque produxit ſuperiorem, neque inferiorem, neque perſona & omnino eundem, ſed æquàlem, vt proinde eius ſupra Fi-

lium nulla poſſit aut debeat ὑπεροχὴ conſtitui. Summa eſt Sophiſtæ inſcitia vel malitia in argumentando prætermittere neceſſarium diſiunctionis membrũ, vel omnino idẽ, confundere cum æquali, quæ quãtum diſſideant in hoc myſterio, è Symbolo Athanaſii debuiſti didiciſſe. Æqualis enim Pater, æqualis Filius, ęqualis Spiritus ſanctus. Eadem autem trium perſona nequaquam, eodem adiiciente. Alia eſt perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus ſancti. Sed hæc tua eſt vſitata philoſophia, omnia perturbare, cõfundere, peruertere, leges logicas negligere &c. Sic ſuprà logicè, vt te doceres non eſſe Sabellianum, colligebas Genebrardum eſſe malum & indoctum Philoſophum. Atqui debueras, ſi ipſe bonus & doctus eſſes philoſophus, colligere, Pag.493.

Schegkius non eſt Sabellianus, vt ipſe probat. Ergo Genebrardus eſt malus & indoctus Theologus qui hoc ipſi impingit. Eſt enim boni & docti Theologi iudicare de Sabellianiſmo, non Philoſophi, ne Sutor vltra crepidam iudicare videatur. Iſta Gorgia, cum dominus dederit, pacatius apud te expendes.

Pag. 499. 8. Blaſph. Filiũ & Spiritum non eſſe per ſe ſimpliciter & naturaliter bonos.

Neſcio, quid tibi venerit in mẽtem proprium Patris characterem facere, vt ingenitũ, ſic αὐτὸ ἓν & αὐταγαθὸν. Adeo cæcus es, vt imprudens dogma de αὐτοθέῳ à tuis tanta contentione ſancitum, & Bernæ igni ferróque contra Valentinum Gẽtilem defenſum antiques & deleas. Si enim Filius & Spiritus ſanctus ſunt æquè αὐτόθεοι, ac ipſe Pater, quidni etiam αὐταγαθὸν de cunctis tribus æqualiter affirmabitur? Negare non potes αὐτὸ in eiuſmo-

di Græcis compoſitionibus ſignificare vel per ſe vel à ſe. αὐτόθεος per ſe, & vt vos ſoletis interpretari, à ſe Deus. αὐτοδύναμος à ſe vel per ſe potens. ἀυτοδίδακτος à ſe vel per ſe doctus. Quo pacto igitur ſolus Pater appellabitur ἀυταγαθὸν, per ſe vel à ſe bonum, ſi quidem verum, quod vos contra Catholicam defenditis, Filium & Spiritum à ſe exiſtere, à ſe habere eſſentiam, bonitatem, virtutem, perfectionem, ſapiẽtiam cæteráque Diuinæ naturæ naturaliter & neceſſario conuenientia? Audis, tuam iſtam theſim refigere atque euertere, quod paulò poſt figis & ſtatuis, cuius contrarium nouum Genebrardi errorem eſſe clamitas. Sic enim ſcribis. Contra Caluinum Genebrardus cenſet, ratione etiam naturæ communicabilis, ſeu Eſſentiæ natum

Pag. 501. 9. Blaſphe. Chriſtũ nõ eſſe genitũ ſecundum diuinitatẽ.

" Filium: nempe id totum, quod λό-
" γος esse dicatur, à Deo ingenito esse natum Deum. Ego profectò Gorgia, ita censeo, oppositum clamo κακόδοξον. Te, Caluinum, Zanchiũ in hæreticis cum Ecclesia numero, quòd inficiemini. Nam nõ mecum litigas, sed cum Ecclesia, cum sanctis Patribus, cum Vniuersa Catholicorum antiquitate. Ab Hilario ordiar, quòd Paucissimis verbis, iisque è Diametro tuorum, secundum contradicentium propositionum leges, positis cõtra istiusmodi peruersitatem pronuntiet & sanciat. *Nihil* (ait) *nisi natũ habet Filius*. Potuítne appositius tua assertio destrui? Audi alterum non minore in Ecclesia authoritate, sanctitate, eruditione. Neque enim aliud est Filius, præter ea, quæ ei dantur à Patre. Neque alia est substan-

Hila.lib.4. de Trinit.

Didymus lib.2. de Spiritu S. interprete Hierony.

tia Spiritus ſancti, præter id, quod ei datur à Filio. Quod ad Filii perſonam non modo pertinêre, verum etiam eſſentiã, Patres omnes conſtanter tradiderunt. Ignatius Martyr ad Magneſianos, ὃς ἐστιν αὐτοῦ λόγος, οὐ ῥητὸς, ἀλλ' οὐσιώδης· οὐ γὰρ ἐστὶ λαλιᾶς ἐνάρθρου φώνημα. ἀλλ' ἐνεργίας θεικῆς οὐσία γεννητὴ. Qui eſt ipſius Verbum nõ prolatitium, ſed eſſentiale. (Nõ enim eſt articulatę locutionis vox) ſed energiæ diuinæ *genita eſſentia.* Quæ ſententia authoritate & approbatione Nicenæ illius Synodi, quam ſoli Arriani non recipiunt, vt vnũ è quatuor Euangeliis Chriſtiani venerãtur, eſt dedicata. Nam *Theod. li.1.*
Theodorito teſte Filium Patris οὐ- *cap 11.*
σίαν εἶναι γεννητὴν illa ſanctiſſimè & Chriſtianiſſimè definiuit. Quin *Aug. cont.*
Auguſtinus cum cæteris Patribus *Maximi.*
Arrianũ.
non putarunt poſſe contra Arria- *lib.3.c.14.*

nos doceri Filium Dei Patri esse ὁμοούσιον, nisi eum probarent è substantia Patris genitum, non posse concludi verum Deum, nisi habere substantiam verè à Patre genitã demonstrarent, per generationem productam nascendóque acceptã.

Nec timẽdum propterea, quod tu reformidas, vt essentia producat Essentiam. Nam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter non va let argumentum. Patere, vt philosophiæ rudis philosophum suo iudicio absolutum logicam doceat. Essentia diuina in Filio est genita, non solum quia re noń differt ab ipsius hypostasi, verum etiam, quia natis nobis nascuntur & ea quæ in nobis sũt. Ergo essentia diuina sim pliciter est genita, ob superiorem topicam causam nõ sequitur. Probo à simili. Medicina in Schegkio est per

estper duos Aphorismos acquisita, ergo Medicina simpliciter duobus Aphorismis acquiritur. Philosophia Schegkii ex Auerroë & paribus putidis Sophistis est hausta. Philosophia igitur ex istis simpliciter hauritur. Theologia Schegkii non ducitur neque depromitur è Verbo Dei. Illud enim nunquam & nusquam consulit, citat, legit. Ergo Theologia è Verbo Dei non ducitur neque depromitur. Viciniorem adhuc locum, apertiúsque Elenchum ostendentem afferam. Natura humana est in Abele genita. Igitur natura humana simpliciter & absolutè gignitur. Gignitur quidem, sed in Abele & cæteris liberis, non in se vel per se, maximè quoniam in primo homine nō est genita, sed per Dei effectionem & procreationem producta. Deinde

Actiones primò sunt suppositorũ deinde essentiarum.

actiones attribuuntur hypostasibus, non essentiis, non quòd essentiæ ad eiusmodi actiones non concurrant, sed quia primo & per se id præstant hypostases. Si legisses, quod Scholastici de pricipio Quo, & principio Quod, de principio remoto & propinquo, acutissimè, solidissimè, & doctissime disseruerunt, ista fortasse comprehẽderes. Fortasse etiam assequerêris ineluctabilem vim huius argumenti. Christus, quatenus filius Virginis factus est, genitus est secundum humanam naturã, ergò etiam, quia ipse est filius Dei, secundum diuinam naturam est genitus. Quicquid Schegkius, Caluinus, Zanchius, Beza, cæteræq́ue Christianæ religionis pestes & dedecora blasphement. Responde cur hæc consequentia non est recta, non vera,

non legitima? Filius hominis à patre, naſcendo, humanam ſubſtantiam, nedum perſonam conſequitur. Ergo filius Dei à Patre ſuo, naſcendo, non modo perſonam, verum etiam ſubſtantiam diuinam accepit. Hîc tergiuerſari negando conſequentiam eſt ignorare Chriſtianæ doctrinæ principia. Nam ratio totius Enthymematis pendet ex hoc Chriſtiano principio. Generatio de diuinis & humanis perfectè naſcentibus propriè & συνωνύμως enuntiatur, ſublata duntaxat imperfectione. Vnde Vtrobíque definitur, communicatio ſubſtantiæ per naturę modum, ac vtrobíq; qui naſci dicitur, proprius, verus, naturalis filius habetur & dicitur. Vulgatũ eſt illud Pauli, Qui proprio Filio ſuo non pepercit, & Ioannis, vt ſimus in vero filio eius. Ro. 8. 1. Ioan. 5.

Pag.502. Transilio, quod perpetuo cum
» Sabellianis conspiras. Pater (ais)
» producit ἀμέσως ἐνέργειαν Filii, & am-
» bo ἐνέργειαν Spiritu sancti in vna es-
sentia. Catholicè enim diceretur, Pater producit personam Filii, & ambo personam Spiritus sancti de sua essentia. Esset profectò infiniti operis in singulis errorum tuorum apicibus & vestigiis inhærere, præsertim cum quauis pagina, nõ mecum, sed tecũ pugnes, te intra paucissimos versus implices. Quod paulo antè construxisti, mox incõstantissimè labefactes & diruas. Vt cùm proximè à te temere infirmatam, damnatam, impugnatam propositionem de Essentia filii genita, atque producta, statim confirmas & stabilis.
„ Quando dicitur Deus
„ filius, nihil aliud, quàm persona
Pag.504. simpliciter significatur, & *natura*

quædam diuinitatis producens & producta communicabili essentia existente vtriusque.

Verum auscultemus, quid decimo ordine carpendum putaueris, si tamen ordo obseruari potest in tuis libris confusissimis & perturbatissimis. Genebrardus dicit realiter eadem esse, quæ sint in vno subiecto, vt dulcedinem & candore in saccaro. Hæc tu quidem, sed non addis me realiter fuisse interpretatum hypostaticè, & vt Philosophi recitant, subiectiuè. Quod meo aliquo exemplo fecisti postea, quemadmodum & tu soles è meis scriptis proficere, & mea posteà pro tuis venditare mutato aliquantum stylo, id est, perspicuitate in obscuritatem. Sic enim vna pòst pagina loqueris. Essentia, id est, esse Patris ab Essentia Filii hy-

Pag. 504.

Pag. 506.

„ postaticè, id est, realiter & non es-
„ sentialiter differt. Tu hypostaticè illic realiter interpretaris. Cur ego realiter pro hypostaticè non accipiam? Tibi aliquid licebit citra reprehẽsionem, mihi idem aut simile erit nefas? Deinde quid respondebis ad D. Thomam Scholasticorum facile principem, mecum asseuerantem, quod negas philosophicè & Scholasticè descriptum, Realem esse distinctionem, cum rem ipsam illiusque essentiam introspicimus: Rationis autem, quando mente & διανοίᾳ causam & rationẽ denominationis attẽdimus. Oportet (ait) dicere diuinam essentiam idem esse quod personam secundũ rem, nec inter ea esse distinctionẽ nisi secundum intelligentiæ rationem, vt patet, si consideretur, quo modo in nobis essentia & persona

Tho. ad Anibald. dist. 34. q. 1.

differant. Nomine enim Essentiæ significantur sola Essentialia rei principia, sed in nomine personæ includuntur omnia, quæ possunt ei cõuenire siue sint essẽtialia, siue nõ.

Vndecimus tuus error circa id versatur quod rectè, verè, Catholicè, Christianè scripsi Patris substãtiam esse ipsissimam Filii substantiam, non aliam. Id vt impiè infirmes, quod Christianè omnes confitentur. (Nam hæreticos cum Tertulliano & veteribus aliis in Christianis non numero) me nõ distinguere nugaris Vnitatem realẽ personarum ab vnitate essentię. Sed cũ merè calumnieris, nec quicquam planè egerim de Vnitate personali, omnem meam sententiam conuerterim ad illustrandum personas esse vnum, iuxta Domini prædicationem, quòd ipsissima Diuinita-

Pag. 507. 10. Blasphe. Patris essentiam nõ esse Filij Essentiam, vel in Filium plenè effusam.

Ioan. 10. & 17.

tis, ipsissima Deitatis essentia citra differentiam plane plenéque in singulis personis existat, frustra te per tres, quatuórve paginas exerces, torques, crucias docendo Vnitatē essentiæ differre ab Vnitate hypostatica. Nec enim ego nec quisquã alius id in quæstionem iniecit. Fingis more tuo monstrum, cum quo lucteris posteà. Tu tibi Gorgia materiam secas, in quam infantilē tuam garrulitatem exerceas, ne nihil videaris agere, & vt paginas quo quo modo sine fructu & vtili-
Pag.508. tate expleas. Venio ergo ad id, quod παρέργως inuadis, vt filio Dei atque Spiritui sancto cōtumeliam facias, eísque ipsissimam Patris es-
» sentiam detrahas. Primum valde
» impropriè (inquis) & inscitè lo-
» queris Genebrarde, quando dicis
» Patrem transfundere in Filium &

Spiritum ſanctum, ſuam ipſiſſimã ſubſtantiam & eſſentiam. Ego verò (inquam) ſcitè loquor Schegki, ad ſcripturam, ad Patres, ad Christianam doctrinam accommodatè, niſi fundere, effundere, diffundere, transfundere, cæteráque eiuſmodi coniugata à tota hac diſputatione exulare velis, nec pro ſynonymis, aut parum differentibus recipere. Propriè me locutum non audeo dicere, quoniam agnoſco metaphoram ab aquis, lumine & ſimilibus ſumptam. Verum loqui metaphoricè cum tropus non longè petitur, vel ex ſcripturis, & communis tractatorum vſu deſumitur, eſſe impropriè loqui & inſcite, ſane inficior: Balbutimus quidem de Deo potius, quàm loquimur, deſtituti propriis vocabulis, quibus tam ſublimia, tam ardua effera-

mus. At nõ propterea, Gorgia, cessandũ à mysteriis & initiis, prout possumus & edocti sumus, enuntiandis, nõ propterea desistendum à vindicandis sacris ab omni hæreticorum contumelia, etiam si loqui oporteat ἀνθρωποπάθως, aut vt Hebræi solent dicere כלשון בני האדם Equidem vtrum apud te debeam Hebræa recitare nescio, quando neque ea intelligis, neque per Auerroem te totum occupantem intelligere vacat. At te resipiscere, Deo gloriam tribuere, tuam efferatam philosophiã Ecclesiæ iudicio summittere nolentem acerbius volo percellere.

R. Mose in Symbolo Iudæo.

Virtutem vt videas intabescásque relicta.

Ioël. 2. Es.

Scriptura de hoc arcano verbũ שפך vsurpat, quod perfũdere, effundere, transfundere, profundere La-

tinè repreſentatur, cuius tanta vis, vt Ioëlem enarrans R. Dauid, eleganter ſcribat עניף שפיכות הרוח ר״ל שתהיה בהם רוח לרוב כצניץ השפיכה Importat enim abunde, copiosè, largiter fundere. Quemadmodum autem λογομαχία eſt curioſa & inutilis rixari de diſcrimine harum locutionum, Exire in agrum & trāſire in agrum. Nam aut nullum eſt aut non tanti, vt relicto rerum & ſententiarum pondere in iſtis hærere commorarique oporteat. Ita ſanè tuam canam ſophiſticen nimis vexas, nimis exerces, dum quęris vtra locutio ſit magis propria, ſit magis ad hoc myſterium accommodata, Pater effūdit ſuam eſſentiā in Filium, itémque in Sanctum ſpiritum, an Pater ſuam eſſentiam transfudit in Filium & Spiritū ſanctum. Priorem Scripturæ eſſe con-

ſentaneam negare nõ potes, ſi quidem modicè ſacras paginas deguſtaſti. Nam de Patribus mox videbimus. Effundam Spiritum meum

Eſa.44. *Ioël 2.* *Tit.3.* *Ro.8.*

ſuper omnẽ carnem. Quem abunde effudit in nos per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum. Effudit Deus ſpiritum ſuum, quum à ſe ſemel ab omni æternitate fuſum productúmque in homines poſtea infudit. Quæ ne tu tergiuerſeris pertinet aliò, auſculta Cyrillum illum

Cyrill. in li. Theſau.

Alexandrinum. Quando Spiritus ſanctus in nos effunditur, configuratos nos demonſtrat Deo. Profluit enim à Patre & Filio. Nempe vt effundi in nos recte dicitur, ita Deus eum effundere, dum producit, rectè aſſeritur. Nam quemadmodum Miſſio Spiritus ſancti temporaria, vt diſputant Scholaſtici, quorum authoritati, propter

Philoſophiam multum interdum videris tribuere, miſſionem æternam ſupponit, quæ quidem emanatio quędam eſt, ità profectò temporaria eiuſdem effuſio, omnino ſempiternã infert atque ſequitur. De Filio etiam non negabis, opinor, dixi appoſitè, Pater effudit Filium. Nam etiam in humanis effundere gignere eſt, vt cum canit Eccleſia de Virgine, Virginitatis gloria permanente lumen æternũ effudit Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum, & cùm Cicero ſcribit ſolem effundere radium, lumen, lucem. Quare non video, cur de eodem etiam transfundendi dictio non poſſit vſurpari. Maximè cùm Transferendi Verbum, non multũ diſſimile, certè iiſdem tuis calumniis & ſycophãtiis obnoxium, concilii œcumenici totiúſque orbis

Con. 2. Later. cap. 2.

Christiani authoritate hîc habeat vsum. Aperte enim confitetur & pronuntiat Patrem totã suam substantiam transtulisse in filium, generando sine sui diminutione. Græci liberius & copiosius hanc affectãt locutionem, vt diuinitatis plenitudinem à quaque Sancta hypostasi possideri doceant. Hinc illud B. Maximi, Spiritum ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεῖσθαι, διαχεῖσθαι, ἐκχεῖσθαι & similia Græcorum multa, quæ Pachymeres historiarũ libro sexto aggregauit. Hinc illud Athanasij, Mitto Apostolos in mundum, nõ in virtute hominis, sed in virtute Spiritus sancti ex mea Vsia perfluentis. Et rursum, Credendum est de Spiritu sancto, quòd sit veritas Patris & Filij, coëssentialis vtrique, de essentia eorum profluens. Habeo, auctoris quidem Anonymi,

Athanas. ora. de concilio Niceno perfluere profluere.

ſed valdè eruditi, fortaſſe Beſſarionus, librum Græcum in manibus, propediem me interprete emittendum de proceſsione Spiritus ſancti è Filio. Eius ſi vel inſcriptionem capite duodecimo legiſſes, nedum totum percurriſſes haud ſic inaniter inania ſolidæ Theologiæ oppoſuiſſes. χρήσεις (ait) ἐν αἷς οἱ πατέρες, ἐθεολόγησαν πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἴδια, φυσικῶς διαβαίνειν ἐπὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα υἱὸν, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὑπάρχειν, καὶ προϊέναι, καὶ πηγάζειν τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, &c. Hoc eſt, ſequuntur ſententiæ, in quibus Patris diuinè docuerunt cuncta Patres propria, naturaliter tranſire in Filium ex ipſo genitum, vt Spiritum etiam è Filio exiſtere & procedere, & fluere ſiue manare demõſtretur. Quid intereſt; obſecro, cuncta Patris propria tranſeunt naturaliter in Filium, vt Pa-

tres diuinè locuti ſunt, Et tota Patris eſſentia gignendo transfunditur in Filium, vt ego docui. Certè ſi tantum haberem otii, vt relictis rebus me vellem occupare in iſtarum vocularum curioſa perueſtigatione, non dubito, quin tibi os occluderem & ipſiſsimum tranſfundendi vocabulum à maioribus Latinis, Græcorum more, vſurpatũ oſtẽderem. Nunc ſat eſto, quod è Panormitano, imò verò vniuer-
An. Domini 1215. ſo concilio œcumenico Lateranenſi, præſentibus & ſubſcribentibus Hieroſolymitano & Conſtantinopolitano Patriarchis, ad tuas omnes tenebras diſcutiendas, ſubiiciam. Filius habet eſſentiam à Pa-
Io. 10. tre, vt ipſemet ait, Quod dedit mihi pater maius omnibus eſt. Non enim dicere poſſumus, quòd habuit partem Eſſentiæ, quia Eſſentia di-

tia diuina eſt ĩdiuiſibilis, nec quòd habuit totam, ita vt Pater nihil ſibi retinuerit. Sic enim deſiiſſet Patris ſubſtantia. Ergo neceſſario concludendum, Patrem totam ſubſtantiam dediſſe Filio, & totam ſibi retinuiſſe. Ex quo clarè infertur verè eſſe vnicam eſſentiam Patris & Filii, & Spiritus ſancti. Exemplum poteſt poni de lumine accẽſo aliud lumen accendente, & de Doctore *plenè transferente* ſciẽtiam. Nam totam transfert & totã retinet. Quod Panormitanus & ante Panormitanum prædictum concilium dixit *transferre*, Ego ad idem declarandum *transfundere*. Sed hebetior & tardior es Schegki, quàm vt tam mirabilem Eſſentię ſiue tranſlationem, ſiue transfuſionem ſiue effuſionem, eadem ſibi omnino & citra diminutionem retenta atque

conſeruata, contemplari valeas. Neque enim eſt illa transfuſio, ceu tranſlatio, quæ ſe exhaurit, quæ ſe ſua perfectione priuat, ſed qualem in ſuperioribus exemplis vides. Si non vides, precare ſuppliciter Dominum, luminum parentem, vt videas, meúmque ingeniũ tenebrarũ fugitans affectata obſcuritate ne condemna, ſed tuam ipſius mentem plumbeam & obtuſam ingenitæ tarditatis, atque adeò cæcitatis accuſa, quippe quæ neſciuit diuerſa transfundendi genera diſcernere, ac per elegantem metaphoram, mirabile diuinitatis in ſolidũ communicatæ lumen intueri.

11. Blaſphe. ſubmutãdã formulam Symboli Chriſtianã in Philoſophicam.

Redis ad vetus tuum ingeniũ, quod caſtigaueram libro primo de Trinitate. Audes enim ſine auctore, ſine ratione, ſine ſcriptura, etiã hic commutare cum Philoſophi-

ca formam dicendi in Catholica receptam. Quod ſcriptura (ſcribis) lumen de lumine, Nos energiam infinitam de energia infinita propagatam eſſe dicimus. Ex quo ſequitur, vt energia & οὐσία Patris ratione productionis, non ſit ipſiſſima οὐσία & ὅπερ αὐτὸ reſpectu οὐσίας & energię Filij, quemadmodum ſomniáti videtur Genebrardo. Alioqui inter has energias producentes & productas ſeu perſonas non eſſet realis diſcrepantia, ſed omnino eſſent idem. Suum cuíque pulchrũ Schegki. Quoniam philoſophi res incorporeas & ſeparatas Energias ſiue actus, eóſque puros nóminare ſolent, tibi aptius, tibi ſpecioſius videtur dicere Energiam de Energia, quàm lumen de lumine, etiam ſi ita Scriptura, te citante, loquatur, etiam ſi Chriſtiani ſic in Symbolo

Pag. 506.

vſurpent, vt Philoſophi titulum, quem perditè affectas, nouo hoc aucupii genere conſequare. Hac tua ſimili Philoſophia, in libris, quos contra Trinitarios indoctiſſimè condidiſti, inconſulta ſcilicet Theologia, inſalutato Dei Verbo, corrigebas vocabula hypoſtáſεων & perſonarum, & nobis philoſophicam formam, nõ modo Sabellianam, περὶ τῶν δυνάμεων cenſoriè præſcribebas. Cum tot, tanta, tam ſeria, vel in Symbolo vel in doctrina Chriſtiana tibi, Philoſophe, Sophiſta, Medice, videantur emendanda, eia, ede nobis Symbolum, conſcribe nobis fidei formulam ali quam, vt ſub hoc mundo ſenium aperiantur oculi noſtri, & diſcamus deinceps, te pręcipiente, quid, quo modo, quibus rationibus & vocabulis ſcitè, erudite, citra repre-

hensionem loqui nos oporteat. Dum id fortasse facies. (Nam noui philosophastrorũ supercilium, noui esse de essentia Sophisticæ barbę & pallii, omnia audere, de nullo hæsitare, de omnibus rebus propositis siue notis siue incognitis, cuiusvis extiterint artis, professionis, disciplinę, audacter respondere, incerta & dubia pro certis & indubitatis constanter affirmare) dum id, inquam, facies, ego credam mihíq; & aliis persuadebo, si possim, doctius, eruditius, aptius, nedum sanctius, dici lumen de lumine, quàm Energiam de Energia, vt significetur, quod egregiè D. Eugenius Carthaginensis Episcopus libro de fide Catholica Vandalorum principi oblato, ad hunc modum explicauit. Sed nec in generando de seipso passionem vel diminutionem

aliquam Pater ſenſit, vt nec in condendo vniuerſa, fatigationem aliquam pertulit. Namque vt euidentius, nobis diuinæ generationis impaſſibilitas inſinuaretur, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Filium profitendum accepimus. Si ergo in efficientia viſibilis & mundani luminis tale aliquid non inuenitur, vt lumine ex lumine ſumpto, & per quãdam generationis natiuitatem exorto, ipſam luminis originem, quæ ex ſe lumen aliud dedit, nec minui, nec vllũ omnino detrimentum miniſtrati ex ſe luminis perpeti contingat: quanto rectius & melius de diuini & ineffabilis luminis natura credendum eſt, quæ ex ſeipſa lumen generans, minui omnino non potuit? Vnde æqualis eſt Patri Filius, non natus ex tempore ſed gignenti coæternus, ſicut

Cur in Symbol. lumẽ de lumine contra Tautologiã Caluini & trãſformationẽ Schegkij.

ſplendor ab igne genitus, gignenti manifeſtatur æqualis.

Tribuis autem Scripturæ, quod pertinet ad Nicenum Symbolum. Sed condonandum Philoſopho aliena recitanti, in alienis peregrinanti, ſuum tempus non in ſacris literis, ſed Auerroë male collocanti. Certè Schegki ſi rem diuinam tantum frequentares, quantum rebus caducis vacas, ſi ad ſacra Chriſtianorum ſolennia ad Deum opt. Max. Apoſtolico ritu colendum, aliquando ventitares, in quibus veteris Eccleſiæ inſtituto Nicenum Symbolum canitur nunquã alterũ cũ altero cõfudiſſes. Vtinã verò id tuis & Caluino eſſet perſuaſum. Nunquam profectò, niſi tuam cuperent æquare temeritatem & impudentiam, ineptam & tautologicam ſcriberent hanc locutionem,

Deum de Deo, lumen de lumine, vel de Symbolo ipſo, expungendam, cum Beza, exiſtimarent, quæ adeo eſt apta adeo appoſita, adeò efficax, ad hæreſes frangendas, vt nihil requiratur aliud, quàm vt pro ſcriptura cenſeatur. Antequam autem execror, quod ſceleratè negas ὐσίαν Patris eſſe ipſiſſimam ὐσίαν Filii (perinde enim facis, ac ſi eos negares ὁμοϋσίϋς) reſponde, quid monſtri alas, dum plures conſtituis Energias producentes & productas. An tibi iuſtè videtur à brutis & agreſtibus, iſtis Bernenſibus combuſtus Gentilis, quod diceret, *Tres ſunt æterni Spiritus, quorum quiſque per ſe Deus eſt*, & iniuſtè te ad idem ſupplicium trahi conqueri poteris, quòd ſcribas, *Plures ſunt energiæ in diuinitate producentes & productæ*? Vtra enuntia-

12. Blaſphe. plures eſſe energias diuinitatis.

cap. 6 hiſtòriæ.

tio Scripturæ vicinior.! Tres ſunt æterni Spiritus, an tres ſunt æternæ Energiæ? Quàm altè, quàm profundè ſtertitis, hæreticorum principes & magiſtratus? Vos enim appello, veſtram opem imploro, ad Domini aream Arrianicis zizaniis expurgãdam. Aut vobis erat Gentili Valentino parcendum, ne perſonarum delectum habere, atque odio hominis incitati eſſe, in iudiciis faciẽdis, videremini, aut Scheggkius ad furcam à vobis eſt rapiendus, qui ſe ſimili ſcelere, imò vero grauiore, obligauit. Non ſunt, Philoſophaſter, plures diuinæ energię, plures actus puri, prout illa locutio à Philoſophis, quorum te facis æmulum, accipitur. Nam cùm vnica ſit Dei eſſentia, perfectè & abſolutè ſingularis, cum illa ſit actus puriſſimus, ſimpliciſsimus, ab om-

Tres diuinæ perſonæ nõ ſunt tres energiæ.

ni compoſitione & concretione abſolutiſsimus, cùm nomen Energiæ ſiue actus puri ſit à Philoſophis impoſitum rebus ſeparatis, ad declarandum earum, non perſonas, non externas actiones, ſed internam ſubſtantiam, incorporeã, puram, per ſe perpetuo vigentem, nullam potentiam actui oppoſitã habentem, noli putare Chriſtianè aſſertum Plures eſſe diuinas Energias ſiue actus puros, niſi ſimul velis Trinitariis arridens, itémque Arrianis, qui anteà Sabellio canebas, tres diuinas naturas, eſſentias, ſubſtantias confiteri? Nam quærenti diſcipulo, quid vocent Philoſophi actum purum, reſpondebit Magiſter Philoſophus, ſubſtantiam nullo modo compoſitam. Eorum enim, quæ ſunt ex Ariſtotele in Phyſicis alia ſunt actu tan-

Actus purus opponitur potẽtiæ apud Philoſophos.

Blaſphe. 13. aliã eſſe eſſentiam Patris aliam Filij.

Ariſtot. in li. de interp. cap. de propoſitionib.

tùm, alia poteſtate tantùm, alia ſimul actu & poteſtate. Prima ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, ſecunda materia, tertia res compoſitæ. Adducet Ariſtotelem ſic in libro de interpretatione philoſophantẽ. Aliquæ ſubſtantiæ ſunt actus cum poteſtate, aliæ autem ſunt actus puri, vt ſubſtantiæ ſeparatæ, οὐσίαι κεχωρισμέναι, etſi Deus & intelligentiæ nõ eandem habeant ſimplicitatem. Deus enim habet eſſe perfectiſsimum & incõparabilem, nullo modo patienti poteſtati permixtum. Intelligentiæ autem eſſe quidem obtinente per ſe ab omni concretione ſolutum, ſed tamen poteſtate patiente prȩditum, quòd poſsint externa accidentia recipere, contraria ratione atque Deus. Hinc illæ potius actus puri ſecundi generis, quàm primi cenſentur. Actus

lib.3. Ph. cap.1.

Simpliciter intelligẽtiæ non ſunt actus puri. Solũ enim hoc Deo concedendum, ſed comparatè ad inferiora.

quidem ſunt puri, quia non communicant ſuum eſſe cum materia, vt veluti formæ ſeparatæ exiſtant, ſiue actus ſeparati à materia corporata, & quadam conſequentia actus ſpirituales & incorporei, ſiue Spiritus non habentes poteſtatem phyſicam. At Deus actus eſt purus, & primus, quoniam vniuerſas rerum perfectiones eminentiſsimè complectitur, cuius comparatione etiam ipſæ intelligentiæ puriores, multum à puritate abſunt, conte-

Iob.4. ſtante apud Iob Spiritu ſancto,

הן בעבדיו לא יאמין ובמלאכיו ישים תהלה

Ecce ſeruos ſuos non ſtabilit, nec in angelis ſuis ponit claritatem, ſiue puritatem. Denique, vt hunc totum locum finiam, actum eſſe purum eſt Dei ſiue diuinæ eſſentiæ proprium. Cum autem diuinæ eſſentiæ propria non multi-

plicentur reipſa, quin potius communiter perſonis tribus ad numerum conueniant, falſum eſt dicere tres eſſe energias, ſiue actus puros, & tam falſum, quàm tres eſſe puras eſſentias. Apage igitur, cum tuis pluribus energiis, & noli deinceps obtrudere vel plures Energias producentes & productas, vel Energiam de Energia, loco Luminis de lumine. Nam etiam ſi alio pacto hoc nomen acciperes, verbi gratia, pro actione & efficientia, ſemper tamen errares & illud Damaſceni perpetuo contra te conſtaret, πάντων τούτων ταυτότητα εἶπον, οὐχ ὁμοιότητα. *Damaſ. lib. 1. cap. 8.* μία γὰρ οὐσία, μία ἀγαθότης, μία δύναμις, μία θέλησις, μία ἐνέργεια μία ἐξουσία. μία καὶ ἡ αὐτή, οὐ τρεῖς ὅμοιαι ἀλλήλαις. ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ κίνησις τῶν τριῶν ὑποστάσεων· ἓν γὰρ ἕκαστον αὐτῶν ἔχει πρὸς τὸ ἕτερον, οὐχ ἧττον, ἢ πρὸς ἑαυτό· τουτέστιν ὅτι κατὰ πάντα ἕν εἰσιν

ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως. Omnium iſtorum identitatem dixi, nõ ſimilitudinem. Vna enim eſt eſſentia, vna bonitas, vna potentia, vna voluntas, *Vna Energia*, vna poteſtas, *vna plane & eadẽ, non tres ſibi inuicem ſimiles.* Verũ vna & eadem motio triũ hypoſtaſeon, Vnumquódque enim iſtorum ſe habet ad alterum, nõ minus quàm ad ſeipſum, hoc eſt, ſecundum omnia vnum ſunt Pater, Filius & Spiritus ſanctùs, excepta ingeniti & geniti, & procedentis ratione.

13. *Blaſphe. purè Ariana.* Auſculta iam, quod me paulo ſuprà execraturum ſum pollicitus. Patris Eſſentiam negas eſſe ipſiſsimam eſſentiam Filii. Duodecimũ meum errorem eſſe furis, quòd ſecundum Eccleſiam ſcripſerim nõ eſſe aliam ſubſtantiam Patrem, aliã

Pag. 508. & 509.

Filium. Non igitur recipis Athanaſij Symbolum, à Trinitariis doctus. μήτε συγχέοντες τὰς ὑποστάσεις, μήτε τὴν οὐσίαν διαχωρίζοντες. Et paulo poſt, πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος μία ἐστὶν ἡ θεότης, quæ diuina appellatur Eſſentia. Neque admittis doctrinam Nicenæ Synodi de ὁμουσίῳ. Quid enim aliud eſt ὁμούσιον, quàm conſubſtantiale, ſiue vt Afri apud Vandalorum Arrianorum principem interpretantur, conſubſtantiuum, id eſt, vnius, eiuſdem, ipſiſsimæ ſubſtantiæ. Reſponde mihi ad iſtud argumentum, ſi modo recipis tam ſanctæ, tam Catholicæ Synodi diſciplinam. Pater & Filius ſunt ὁμούσιοι, ergo vnicam habẽt eſſentiam, ipſiſsimam, numero planè eandem. Nam ὁμούσιον hoc ſignificat & ad iſtud ſignificandum eſt à Patribus introductum. Non eſt vo

D. Aug. vbi ſuprà.

cabulum profanum, nō externum. Eſt Chriſtianum, eſt Eccleſiaſticū, à maioribus noſtris contra Arrianos & cæteros peruersè de vnica ipſiſsima diuinarum hypoſtaſeon eſſentia ſentientes, per Spiritum ſanctum excogitatum ac inductū. Contra iſta, imo verò ipſiſsimum Verbum Dei à me multis paginis prolixè ſecundo libro de Trinitate prolatum, allegas ſeptimum Topicorum Ariſtotelis, clamas diſcrepare, ſi dicatur, Pater & Filius ſunt Vna Eſſentia, & ſi dicatur, Pater & Filius ſunt vnum Eſſentia. Primùm quis non craſsè rideat differentem de Deo aduerſus Theologum nullam lucem vllis in locis afferre diſputationi, è Dei Verbo, fundamentum autem iacere in Philoſophis, quibus nunquam perſpecta extitit Homuſij ratio? Nunquam venit

venit illis in mentem dari poſſe Eſſentiam numero & ſimpliciſſimè vnam, quæ intereà tribus perfectè & idemticè cõmunicaretur? Rurſum, quàm profundè deliras, dum in hoc religionis capite contendis diſcrepare has enuntiationes, Pater & Filius ſunt vna eſſentia, & Pater & Filius ſunt Vnum Eſſentia. Poſteriorémque poſſe concedi, priorem autem falſam eſſe atque erroneam. Nam ſi toto genere differũt, vt tu ſcribis, & alibi confirmabo vt te purum Sabellianum oſtendam, prior cum ſit vera & ab vniuerſis Catholicis recepta, poſteriorem falſam eſſe oportebit. Non legiſti, vt video, apud quemquam Catholicum explanationem huius loci, Hi tres vnum ſunt. Interpretantur *1.Io.5.* enim citra diſcrepantiam, Vnum pro vna re, vna Eſſentia, vna Dei-

tate. Athanaſius libro 7. ad Theophilum de profeſſione regulæ Catholicæ. Vigilius diſputatione inter Athanaſium & Arrium. Fabadius libro contra Arrianos. Eugenius Carthaginenſis libro ſuprà memorato, Idacius. Quin etiam Hieronymus alicubi teſtatur hæc verba in Ioannis catholica ab impiis interpretibus nonnullis fuiſſe ſublata & prætermiſſa, quòd nimis perſpicuè hęretica iſta aſſertio, quã tu cum Arrianis nunc defendis, illis verbulis refelleretur. Quemadmodum etiam vos ſoletis reiicere multos libros ſacros, plurimas quoque librorum ſacrorum particulas, quoniam illæ veſtris obſunt dogmatibus. Vnius interim & alterius ſanctorum maiorum orationem afferam, vt omnes vehementius philoſophum impie garrien-

Idac. cap. 5.

Hier. prolo. in epiſtolas cathol.

tem Patrem & Filium nõ esse vnũ, id est, vnam Essentiam detestentur. Mihi enim pro me licebit (opinor) recitare probatos Theologos, cùm de Theologia dissero, cum tibi fas ducas pro te, contra Theologum, de summo Theologiæ vertice, citare, ad tantam litem terminandam, Septimum topicorum Aristotelis, quemadmodum paulò ante opponebas, atque adeò anteponebas vnum Plotinum profanum philosophum vniuersis scriptoribus Christianis, quandò etiam erat quæstio περὶ τῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων, non de capite vllo philosophicó. Epiphanius illam propositionem, quæ etiam apud Ioannem Euangelicum duobus lòcis extat, Arrianis eam vtrobíque expungere minimè audentibus, nobiscum exponit. διὸ ἕνα θεὸν ἀσφαλῶς κηρύττει ἡ ἐκκλη- Epiph.hær. 57. Io.17.et 10.

σία πατέρα καὶ υἱὸν· διότι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ οἱ δύο ἓν ἐσμεν, τουτέστι, μία
Epiph. hær. 69. θεότης, καὶ ἓν θέλημα, καὶ μία κυριότης, & contra Arrianos ad tollendum omne ſubterfugium, καὶ μία οὐσία. Idcirco vnum Deum certò prædicat Eccleſia Patrem & Filium, quoniam, Ego ſum (inquit) in Patre & Pater in me, & Duo vnum ſumus, id eſt, vna Deitas, vna voluntas, vna Dominatio, denique vna eſſentia. Hæc Græcorum cæterorum ſunt ferè. Nos (ſi placet) noſtra videamus.
Aug. tract. 36. in Ioan. Auguſtinus hunc eundem locum interpretans, Geminam (ait) peſtem elidit veritas dicens. Ego & Pater vnum ſumus. Quod enim dixit *vnũ*, liberat te ab Arrio. Quod dixit *Sumus*, liberat te à Sabellio. Erubeſcant ergo Sabelliani, qui dicunt ipſum eſt Patrem, qui eſt Filius. Erubeſcant Arriani, qui dicũt

aliud esse Patrem, aliud Filium, *non Vnam substantiam*. Et alibi, Hæc tria vnam essentiam, vnum Deum dicimus. Si ab illa sanctissima explanatione abhorres, Philosophe, cõsidera, quid respõdere debeas Grãmaticis asseuerantibus adiectiua neutrius generis sic debere resolui, quòd in substantiuorum rationem & societatem demigrarint. Triste lupus stabulis, id est, res tristis. Ego & Pater Vnum sumus, id est, res vna, quam diuinam essentiam Christiani appellamus. Nõ iã hic habet vim Pauli sententia, Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus, sed potius Iudæ Apostoli de hæreticis, Quæcunque naturaliter tanquam bruta animantia norunt, in his corrumpuntur. Sentis enim tuum iudicium vehementer esse corruptum in eo, quod ipsi Gram-

Aug. li. 7. de Trinit. cap. 6.

matici norunt, confitentur & docent. Cohibe igitur tuum os Gorgia. Noli post aliquot paginas bla-
Pag. 519. ſphemare, nouam & alienam enarrationem afferens. Chriſtus dixit, Ego & Pater Vnum ſumus, id eſt, Vnum eſſentia. Quippe, vti ex tantis Patribus, tam ſanctis, tam Catholicis audire potuiſti, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſunt vnũ, id eſt, vna Deitas, vna Eſſentia, vna Subſtantia, vna Dominatio, &c. Nec piorum quiſquam, aliter vſpiã illum locũ eſt interpretatus. Quod ſi minimè intelligebas, ſufficere Philoſopho debuerat, quæ alibi perſpicuè ſcripſerã, quódque nunc tua cauſa quodam modo repetam. Eſſentia diuina Vnum eſt & multa Reipſa quidem & numero vnũ, ratione autem & quaſi forma multa. Nam in Patre conſideratur, vt cõ-

municans, in cæteris perſonis vt communicata. Alioqui, vt contra Hermogenem, proindéque Schegkium ſcitè & verè ſcribit Tertullianus, Diuinitas gradum non habet, *vt pote vnica*. Eandem enim ipſiſſimam, inſecabilem, totam, non per partes Pater naturaliter & neceſſario Filio & Spiritui contulit, ita vt totam ſibi reſeruauerit atque retinuerit. Nec ſequitur Schegkius Philoſophus, rerum natura conſtantium fecibus immerſus, nec attollens oculos ſupra naturam & id quod fit communiter, non perſpicit, quo pacto, idem per ſe totum alteri tribui poſſit, & totum interim reſeruari, Igitur deus Pater eandem omnino ſuam eſſentiā totam, alteri non tribuit, totam illam ſibi conſeruando. Schegkius non id videt fieri in tribus Animi

potentiis,ad quas, omnia in Trinitate accommodat & dirigit, igitur in Deo nihil tale eſſe poteſt.

14. Blaſphe. περιχώρησιν eſſe Eſſentiæ, nõ perſonarum. Pag. 511.

Progrediendo deterius tibi ſolet contingere. Nam plures Eſſentias apertius ſtatuis, quæ per περιχώρησιν vniantur. Nihil ſingo Gorgia. Hic vocibus vteris. Non enim ſim" pliciter eſt eſſentia vna numero," ſed vna eſt & dicitur Eſſentia, quia" tribus numero, ſeu hypoſtaſi dif" ferentibus, τῇ περιχωρήσει conſtitua" tur vna. Et paulo poſt, Vnitatem" communicatam Eſſentiæ περιχωρήσει definiunt. Pauca certè verba,ſed multa errata. Lacones paucis verbis multa egregia complectebantur. Tu contrà laconiſmo ad multos errores ſuccinctè conuòluendos abuteris. Vel non intelligis, quid ſit περιχώρησις, vel apertè Arrianizas. Eſt enim quædã rerum ſiue

περιχ. non vnius rei ſed multarum.

perſonarum vnio, qua Perſona vna eſt in alia, & propter quã tres perſonę inter ſe vn' ſunt Deus. Nã hęc è multis eſt ratio, cur tria ſint vnũ ſiue vnus Deus, vt alibi fusè demõſtrauimus. Quemadmodum autẽ vnum abſolutè accipitur, ſic Vnio genus περιχωρήσεως dicit relationem plurium, quatenus in aliquo vno conueniunt. Iudica igitur, an Vnio ad Eſſentiam abſolutè vnam referatur, an potius ad perſonas in aliquo vno, id eſt, diuinitate, infinitate, immenſitate conuenientes & inter ſe communicantes, pertineat. Vnde, cum ſit plurium rerum, non vnius, in ſe inuicem commeatio, & in vnum veluti manſio, non tantùm in tribus perſonis locum habet, ſed etiam in Chriſti duabus naturis. Nam vbi multitudo, illic reperiri poteſt περιχώρησις, non item

vbi pura vnitas quemadmodum
Galat. li. 3. cap. 2. ex Damaſ. ineptis. Sicuti enim tres in diuinitate perſonæ exiſtunt, quæ licet à ſe inuicem abſque ſeparatione reipſa diſtinguntur, ſibi tamen inuicem per Circumínceſſionem, quã Græci ſuperiore vocabulo appellant, abſque confuſione vniuntur. Ita in vno Chriſto tres confitemur eſſe ſubſtantias, diuinitatem ſcilicet, animum rationis participem & corpus humanum, quæ ita actu & re inſeparabiliter diſtinguntur, vt inconfusè per eandem περιχώρησιν, quam Ego Latinè circuitum vel complexum interpretor, vniantur. Vtinam leuiter conſuluiſſes Theologicum aliquod dictionariũ, non dico eruditi alicuius Catholici, ſed
Eraſ. Sarcerius in dictionario Theolog. vel Eraſmi Sarcerii Lutherani, vulgariter tantùm docti. Non erraſſes tam turpiter. Te ille docuiſſet non

Eſſentiam eſſe vnam περιχωρήσει, ſed perſonas. In voce Circumınceſſio, Circuminceſſio(inquit)eſt,qua dicitur,quòd vnus eſt in alio & è con uerſo. Vel eſt quædam inexiſtentia actualis, qua aliquid dicitur inexiſtere alicui quod eſt realiter diſtinctum ab eo, per intimam præſentialitatem & conſubſtantialitatem idemtificam. Et hoc propriè in ſolo Deo eſt, quia Circuminceſſio in eſſendo ponit diſtinctionem ſimul & vnitatem. Et quoniam in ſolo Deo eſt vnitas cum diſtinctione, ita vt diſtinctio ſit inconfuſa, & vnitas indiſtincta,hinc in ſolo Deo eſt Circuminceſſio perfecta. His verbis, tuæ factionis Sarcerius tuã apertè damnat perſuaſionem. Perſonas ſibimetipſis immeare, ſecum admirabili quodam nexu, vnione, coniunctione manere & commo-

rari Theologicè teſtatur. Nihil de Eſſentiæ immanentia, hoc vocabulo, ſignificari demonſtrat. Neſcio, qua fronte de rebus tam arduis, tã arcanis, tam ſublimibus audeas diſputare, cum vocabulorum notationes planè ignores. Afferrem tibi explanationes Dionyſij Areopagitæ, Maximi, Damaſceni, Theodoriti, niſi potius ſuperioris tuę factiõis hæretici iudicio te acquieturũ exiſtimarẽ, quã mille Patrũ oraculis. Non poſſum tamẽ præterire, quod, idẽ Theodoritus in diuinorũ dogmatum Epitome, τὸ ἡνωμένον τῶν ὑποστάσεων videtur appellare τὴν περιχώρησιν, vt ſic etiã labefactet, quod ineptè de illa pronuntias. Nam in duas illas voces videtur elegantiſſimè & ſignificantiſsimè contraxiſſe Dionyſij τὴν ἐν ἀλλήλαις τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων μονὴν καὶ ἵδρυσιν,

Theod. in Epit. cap. de Spiritu S.

Diony. de Diuinis nominibus.

ὁλικῶς ὑπερηνωμένων, καὶ οὐδενὶ μέρει συγκεχυμένων. Si non ignoras vim vocabuli, renouas ſciens vidénſque omnino Philoponianorum mẽtem de tribus eſſentiis, inter ſe vnitis, deq́; tribus diis. Nam nemo Catholicus dixerit Eſſentiam, vt pote numero vnam, ſibi eſſe vnitam, ſibi adunatam, ſe circumeuntem & cõmeantem. Vniuntur enim diſcreta. Quocirca diuinitas ſiue diuina Eſſentia non vna eſt περιχωρήσει, vt ſomnias, ſed per ſe vna, ſeipſa vna ac eadem. Perſonæ ipſæ ſunt vnæ, ſiue etiam vnus Deus περιχωρήσει, quia per illam vniuntur, immanent, circum ſe incedunt & commeant. Quoniam enim immenſus eſt Pater, iuxta Symbolum, immẽſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus, extra ſe verſari nequeunt. Itaque vt ſe mutuo capiant, ſeque metiantur,

necesse est. Hoc appellatur περιχωρεῖν, hoc dicitur vltro citróque commeare. Exemplum si desideras, consule D. Hilarium libro de Trinit. octauo. Alia quidem exempla suppeditabit Ioãnes Scotus, vt de Deo vbique & rebus omnibus ac singulis præsente, per suum illapsum, vt pote immenso. De angelo corpus assumente, ipsíque nõ animando, sed asistendo, suam præsentiá exhibente, De corpore glorioso simul cum corpore alio siue glorioso siue non glorioso considente. Verum elegantius illud Græcorũ, ῥήσεσι θείαις ἑπόμενοι δοξάζομεν μίαν θεότητα, ὡς ἐν λαμπάσι τρισὶν, ἀσύγχυτον ἄτμητον φλόγα αἰώνιον. Quod etiam imprudens multis pòst paginis agnosces & fateberis. Adeo es garrulus, adeo loquax, vt præ verborum inani multitudine, necesse habeas cõ-

Scot. lib. 1. dist. 19. q. 2.

Octoechus to. 4.

traria ſæpe ſcribere, & implere illud Sapientis, in multiloquio non deeſt peccatum. Audi enim quid *Pag. 519.* poſtea ſis ſcripturus. Vna perſona " in alia περιχωρητικῶς dicitur eſſe, vt cum " dicimus Patrem eſſe in Filio, & Fi- " lium in Patre, quam communica- " tionem, vnitatémque Theologi " exprimunt vocabulo περιχωρήσεως. " An enim id differt, ab eo, quod dicimus, & Durandus his verbis ex- *Dur. 1. diſt. 19. q. 3.* plicauit, Voco autem Circumincesſionẽ, quod perſona ſit in alia? Vbi nihil de Vnione Eſſentiæ, ſed potius perſonarum. Nimirum non attendebas ad ea, quæ paulo ſupra ſcripſeras, quemadmodum iis vſuuenire ſolet, qui vnum animum ad aliquid agendum ante cœnam, ſobrij afferunt, alium pòſt, ſimulátq; aqualĭculum bene pauerint & largioribus poculis obruerint, vt iam

eorum lucubratio non lucernam & oleum, ſed lagænam & merum oleat. Sed neque hîc ſatis attendiſti ad illam περιχωρήσεως definitionem, quàm ipſemet allaturus eras poſt paginas octodecim, vt ea, quæ dictaueram ſecundo de Trinitate, tua faceres, magna inconſtantia, tuámque eruditionem meis laboribus oſtentares. *Pag. 529.* Proinde (inquis) " eruditi Theologi περιχώρησιν defi-" niunt, ſic: vt ſit ὅλων πρὸς ὅλα παντελὴς " ἕνωσις ἀμιγὴς &c. Expende (rogo) illáne Eſſentiæ conueniat, an potius Perſonis. Teipſum concilia. Nam non eſt Philoſophi ſeipſum labefactare.

15. Blaſphe. ſimpliciter nõ eſſe Vnã numero eſſentiam. Ibid. pag. 509.

Prætereà impingis in Ioachimi Abbatis Florentini reprobatã damnatámque hęreſim. Adeò peccas laconicè. Nam pauciſſimus vocibus plurima eáque inſignia flagitia effundis.

effundis. Tecum ille reprobauit Essentiam simpliciter vnam esse numero. Quod in hanc sententiam reperies à Scoto explicatum. Intulit Ioachimus Abbas, quòd Pater & Filius & Spiritus sanctus nõ sunt res vna numero. Ac in hoc Ioachimus hęresim sapuit. Pater enim suã deitatem atque Essentiam communicauit, dedítque Filio, *non aliam, sed eandem.* Aliâs Filius non esset verus Deus. Pater quoque & Filius totam simplicem & indiuisibilem suam essentiam communicauit Spiritui sancto. *Sícque tres personæ sunt vna res, vna Essentia, Vnus Deus.* Idcirco non est in Deo quaternitas, quoniam vna res illa non est realiter alia à Personis. Idem à Luchero Scoti sectatore proditum inuenies hoc contextu. Quod Pater, Filius & Spiritus nõ sint vna res vni-

Scot. lib. 1. dist. 5.

Lucherus lib. 1. sent. dist. 5.

tate naturæ, quemadmodum censuit Ioachimus, hoc eſt; quòd non includunt realiter & eſſentialiter vnam & eandem rem, eſt ſanè hæreticum. Nam quòd ſint vna res eſſentialiter patet. Quia Pater generando Filium, communicauit eandem eſſentiam Filio. Similiter Pater & Filius ſpirando eandem Eſſentiam communicarunt Spiritui ſancto, ſicque vna ſunt res. Adduxi iſtos Scholaſticos, quoniam illos æmulari videri vis & multum tribuere propter opinionem Philoſophiæ, cuius titulum perditè expetis. Alioqui poteram publicum Concilium Lateranenſe, Innocentio tertio Pontifice, maioris apud me infinities ponderis atque authoritatis, tuæ veſaniæ opponere, cuius verba, ſi modo eorum auditionem leniter ferre potes, hanc

habent ſententiam. Firmiter credimus & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt verus Deus, æternus, immenſus, incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens, ineffabilis, *Pater & Filius & Spiritus ſanctus tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino.* Quibus ius ciuile aſſentitur. Conſule legem, Nullis hæreticis Cod. de S. Trinitate & fide Catholica. Nam fortaſſe te vehementius afficient Imperatores & principes Laïci. Sicuti ſoletis omnia confundere, quod Pontificum & miniſtrorum Eccleſiæ eſt proprium, magiſtratibus ciuilibus addicere, vt principem virum vel fœminam caput Eccleſiæ vel concilij facere, quod Magiſtratuum profanorũ & ciuilium eſt propriũ, Miniſtris veſtris tribuere, vt arma tra- *cap.1.& 2.*

ctare, bella suscipere, exercitum du cere, capitis sententiam ferre. Quẽadmodum exemplis suis bellator Zuinglius, & Gallicorum bellorũ fax Beza comprobarunt. Denique si Tigurinis & Bezæ acquiescis apud Trinitarios testificantibus Papatum rectè sentire de Trinitate, & pias omnes Ecclesias cum illo conuenire, corrige scelus tuum, linguam tuam expue, à Papatus doctrina abhorrentẽ. Catholica enim Ecclesia, quam Papatum, inuidioso nomine, nuncupare consueuistis, vt probrum hæreseos, iniuriæ retaliatione, vtcunque leuius & minus pudendum efficiatis, quod apud omnes Gentes, etiam Turcicas & à Christi pietate omnino abhorrentes contraxistis, Ecclesia, inquam, Catholica sentit, docet, prædicat Patrem, Filium & Spiritum

Beza in cõf. Gallic. Tig. in quodam scripto contra Trinit.

ſanctum ſimpliciter vnam eſſe numero ſubſtantiam, vel à Tertulliani temporibus, qui contra Praxeã, Perſonam appellat ordinẽ in Deo, qui nihil de Eſſentia mutet. Vt ſuperiora Apoſtolorum & Apoſtolicorum tempora recenſere deſinam. Id aperte teſtantur Scholaſtici, quorum rationes Philoſophicas ſequi & exaggerare videri vis, dum docent rem fuiſſe Philoſophis inauditam, vt vna numero ſubſtantia ſit in tribus ſuppoſitis. Et certè quid eſſet myſterii, vt Pater, Filius & Spiritus habeant vnam naturam ſpecie & non numero, quando in humanis idem contingit. Fruſtra profectò antiquiſſimi religionis noſtræ principes, vt Iuſtinus Martyr, vt Dionyſius Areopagita, vt Athanaſius, docuiſſent hoc eſſe myſterium, quod humana lingua non

possset explicari, quando Philoso-phi & Aristoteles ipse septimo To-picorum à te magno legentium fa-stidio toties prolato in medium, il-lud ritè & perspicuè tua sententia explicent. frustrà se cruciassent di-luendis Arrianorum obiectioni-bus, quibus vnico verbo potuisset responderi, Vnitatem diuinitatis, nō esse Numeri, qualem ipsi impu-gnarent, sed speciei, proindéque il-lorum argumenta corruere peni-tus. Exempli gratia. Maximū Ar-rianorum argumentum erat, quod etiam tu nō erubuisti, velut tuum, contra me instruere, Substantia ge-nita & ingenita non possunt esse eadem, Substantia Patris est inge-nita, Filii genita, Nō igitur eadem. Quæ si intelligūtur de vnitate spe-ciei, argumentum planè erat nul-lum. Nihil enim prohibet, quin

In disputatio. Athanasij contra Arrium. Aug. lib. 5. de Trin. c. 6.

ſubſtãtia genita & ingenita eadem & vna ſpecie contineantur. Quoniam autem intelligebatur de vnitate, vt vocant, Numerica, argumẽtum ad naturalium rerum momẽta ponderatum magnam habebat vim, maximũ pondus. Quippè in Philoſophia eſt inauditum Vnam & eandem rem numero eſſe genitam & ingenitam. Ad hoc igitur diluendum nihil aliud Patres noſtri reſpondere potuerunt, quàm eſſe myſterium Philoſophis incognitum, à filio Dei, qui regnat in ſinu Patris, reuelatum. In rebus quidem procreatis Vnam numero naturam non eſſe in multis, at in diuinis, quod non capis, quod non vides, animoſa firmat fides, præter rerum ordinem. Baſilius illuſtrat *Baſ. ep. 43.* hoc exẽplo. Quemadmodum vnũ atque idem lumen in nube refle-

xum producit tres colores: ita vnica Eſſentia & natura Dei relucet in tribus hypoſtaſibus. Itaque D. Hilarius aduerſus tuam Eſſentiæ diuinæ multitudinem, Chriſtianorum omnium nomine rectè colligit, nos, quod attinet ad vnitatem Eſſentiæ diuinæ minimè diſſentire à Iudæis, qui perſpicuè Numericã eam eſſe ſtatuunt: de perſonis totã eſſe diſſentionẽ, quòd eas illi nullo pacto multas eſſe concedant. Neſcio autem an diſſimulare debeã, quod Scholaſticos ſcribis Vnitatem communicatam eſſentiæ περιχωρήσει definire. Nam illud eſt nimis te vrgere, & vbique tuam inſcitiam, ne quid amplius dicam, detegere. Dum iſta nunc audis, mihi videris, Philoſophe, commoueri grauiter. Quàm enim pudendum in Philoſophia, nedum Theologia dice-

Hilar. in li. de Synodis.

Pag. 511. Blaſphe. 16. Vnitatem Deo ſiue diuinæ eſſentiæ communicatam.

re vnitatem diuinæ eſſentiæ communicatam, quaſi Eſſentia ab alio vel aliunde, vt vna ſit, acceperit? inepta ſane propoſitio, *Vnitas cõmunicata eſſentiæ.* An non per ſe & ſeipſa vna eſt? In Theologia autẽ nõ iam pudendum, ſed profanum. Verum malo, vt Hugo Hetterianus vetuſtus ſatis Philoſophus, idémq; obſcurꝰ & ſubtilis diſputator, quales te potiſſimum delectant, tuum peccatum commonſtret. Patieris facilius te ab obſcuro & ſubtili Theologo coargui, quàm a me, qui pure, & ſimpliciter & diſtincte tuos næuos patefacio. Vnum, inquit, ſunt tres perſonæ non participatione vnitatis. Nam cum ante omnia ſecula vnum ſint, non fiunt vnum, quia exiſtens non fit quod iam exiſtit. Si diuinũ factum fuiſſet, aut cum tempore aut pòſt tem-

Etter. de proceſſ. Spiritus S. lib. 1. cap. 1.

poris initium incepiſſet fieri, & aliquid præ ſe habuiſſet: ſi neque incepit, neque præ ſe aliquid habuit, manifeſtum, quod ſemper fuit, erítque ſemper. Vnde non eſt aliquid Deo prius, qui verè vnum eſt, vt dicitur, non vnitum, non finitũ, nec ab vno diuerſum. Infinitus autem cum ſit & æternus & ſimplex, nihil poteſt ei accedere, nec aliquid deperire, quod eius eſſentia ſit, neque quod non eſt fieri. Quid autem eſt hoc mendacii, obſecro, affirmare Scholaſticos ſic de περιχωρήσεως ſtatuere. Imo vero, Schegki, Scholaſtici nihil aut parum loquuntur de Circuminceſſione. Certe D. Thomas Scholaſticorum facile princeps eius nunquam meminit, quod ſciã, etiamſi ſæpius iſtã quæſtionem tractet, An Pater ſit in Filio & è conuerſo. Recẽtiores Scho

Vt 1. q. 42. ar. 2. 1. ſent. diſt. 19.

Ibid. 1. ſent. 19.

laſtici, in quibus Durandus, Scotus, Occan, nominis quidem recordãtur, quòd incidiſſent in veterem quandam Iohannis Damaſceni verſionẽ iſto barbaro vocabulo Græcum elegans exprimẽtem, ſed vim & notationem à Theologis Gręcis huic nomini attributam vel non intellexerunt, vel alio de induſtria detorſerunt, quod non ſatis comprehenderent Græcorũ Theologorum de hac re ſententiam, & oculos animi cõuerterent ad mentem Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, quos Petrus ſententiarum Theologicarum magiſter proferebat, ad explanationem illius oraculi, Ego in Patre & Pater in me eſt. Quoniã enim hi iſto Domini ſermone ſimpliciter ſignificari putauerunt perſonas inter ſe eſſe ὁμουσίους, eadem natura & ſubſtantia, illi idcirco

Ioan.14.

Vide Bandi. lib. 1. Pag.82.

Circumincessionem, quam a Græcis cernebant introductam propter huiusmodi locum & similes, exposuerunt, vel relationem personæ ad personam, vel genus inexistentiæ, quo aliquid dicitur esse in alio per naturæ participationem siue communionem. Quod Græci multò aliter, ídque præstantius & perfectius explanant, vt secundo meo de Trinitate prolixè disserui, nẽpe de personarũ non tantũ consubstantialitate, verum potius de intima inseparabilitate, mutuo & arcto complexu, & in se inuicem quasi penetratione atque introitu admirabili, & stupendo, citra confusionem tamen & mixtionẽ, quorum causa etiam tres sunt vnus Deus.

Non poteras igitur clarius ostẽdere nullos te legisse scholasticos,

ſed è tuo ſenſu de rebus diuinis, & valdè ſeriis ludere, & ſcholaſticis imponere, quod ab eorum ſententia eſt remotiſſimum. Nempe Latini non tam fuerunt diligentes in hoc περιχωρήσεως myſterio explicando, atque Græci, quoniam Arrianiſmus minus Latinas cathedras infeſtauit. Item quoniam hæreſis μεταγγισμονιτῶν vix ad Latinos peruenit, qui Filium in Patre, ſicut vas minus in maiore verſari docebant, propter quam ille D. Ioãnis locus, velut iſtorum fundamentum, diligenter & ſtudioſè fuit enodandus. Quemadmodum enim Latini propter Pelagium, cuius fama vix ad Græcorum aures permanauit, aut certè opinio animos eorum non altè imbuit, quæſtiones de libero arbitrio, de gratia, de iuſtificatione, de operibus, de peccato origi-

Cur Latini non tã fuerint diligentes in περιχώρησα explicanda.

Metangiſmonit.

nali, de prædestinatione, exquisitius & attentius tractarũt: sic Græci in thesibus de S. Triade ob eandem causam Latinos diligentia, accuratione, acumine superarũt. Verum cur ista tecum disputo, quando historiæ, doctrinæ & status Ecclesiastici es penitus ignarus?

17. Blasphe. Patrem non cõmunicare totam suã essentiã Filio & Spiritui sancto per productionem.

Superiores blasphemiæ sequentem attraxerunt, téque impiè adduxerunt, vt errorem decimum quintum numerares, quod apud omnes sanos & orthodoxos est verissimũ & sanctissimum, Patrem, quam habuit substantiam, ipsissimam eandem, non aliam, citra vllum discrimen tribuisse Filio. In quo refellendo mirificè tricaris. Nam quouis versu petis principiũ, crambem sæpius apponis, cum magno epulaturorum fastidio. Si voluisses, vt velle debueras ad leuan-

Pag. 519.

dum lectorum tædium, variare argumenta, tibi ea variè & copiosè Scholastici ſuppeditaſſent, quæ tamen poſtea vnica clauſula diluunt. Hanc ſi vel intellexiſſes, tuam inſignem deteſtatus eſſes inſcitiam. Pater enim non generat ſeipſum, ſiue vt tu inſanis, ipſiſſimum ſe, dũ Filium gignit, Filióque ſuam ipſiſſimam eſſentiam ſimpliciter vnã, numero ſingularem & vnicam tribuit, ſed alterum ſe. An tibi videtur ad cõcreta ab abſtractis argumentum concludere. Si valet argumentum, Pater, generando infundit ſiue tribuit ſuam ipſiſſimam eſſentiam Filio, ergo generat ipſiſſimũ ſe ſiue ſuammet perſonam, etiam valebit iſtud. Schegkius philoſophando infundit diſcipulis, ſi quos habet (nam neminem puto doctorem habere velle tam ineptum, ni-

Sophiſtica Schegkij.

hil illuminatè, nihil diſtinctè, nihil methodicè tractantem) ipſiſſimam ſententiam puram putam diſciplinam Auerrois Mahometani de Tribus eſſentiis numero & realiter diſtinctis, Verbo Dei, Spiritui ſancto, Eccleſiæ, Patribus contradicentẽ: ipſis igitur infundit ipſiſſimum Auerroem. Eodem Elencho reiicitur, quod perperam poſtea infers, vt Caluinum acciſum & deſperantem, infirméque pugnantem filium Dei non eſſe à Patre generatum, ſecundum diuinitatem ſiue diuinam ſubſtantiam, erigas & recrees. Nã tibi cõceditur adhibita ſuperiori diſtinctione, idẽ eſſe numero transfundens & transfuſum, gignens & genitum. Quis enim ambigit, ſi eadem eſt numero eſſentia Patris & Filii, quin vterque ſit idem numero, id eſt, res numero eadem,

Cap. firmiter, extra de Trinit. et fid. Cathol.

eadem, eadem ſimpliciter, abſolutè, & perfectè ſubſtantia. An cito eius es oblitus, quod Eccleſia ſanxit, Tres pſonę ſunt vna res numero indiſtincta. Es autẽ docendus, imperite philoſophe, numerum hic minime denotare hypoſtaſim ſed rẽ & eſſentiam. Idem ergo ſunt genitor & genitus numero, id eſt, re, eſſentia. Vnde cum Græci Theologi audacter & liberè illa vocula vtantur in diſtinctione perſonarum, Latini timidius & religioſius, id faciunt, ne vllam diuerſitatis Eſſentiæ moueant ſuſpitionem. Petrus quidem ſententiarius vnicum Ioannem Damaſcenum ſanctas hypoſtaſes differre numero dicentem facit, ſed ante eum Veteres Græci prodiderunt, Baſilius pag. 4. Homiliæ contra Sabellianos, Arrium, & Anomæos, Iuſtinus ad Trypho-

Perſonas differre numero Græci liberius dicunt quã Latini.

Primi ſent. 19.

Damaſ. lib. 3. cap. 6.

nem pag. 75. & 120. Nazanzenus oratio.3.& 5. de Theologia. Epiphanius hæreſi.69.& 73. Cyrillus lib.1. in Ioan. cap. 2. Iuſtin. ipſe Imperator in edicto fidei, quod poſt concilium Calcedonenſe ponitur. Latini autem non confitentur, vt diſſidiorum & contentionum, ex ambiguitate proficiſcentium, cauſas præcidant. Conuenientius verò illas proprietatibus tantum diſtingui tradunt. Ita Ambroſius lib. 1. de fide cap.2. & lib. 4. cap. 4. Ita cõcilium Toletanum vndecimum in confeſſione fidei numerum planè à Trinitate remouens. Ita denique Synodus Græca conſtantinopolitana, poſtquam ipſorum Eccleſia re ipſa fuiſſet experta iſtiuſmodi locutionem creare periculũ multiplicitatis Eſſentiæ, quam ſimpliciſſimam, ſingulariſſimam, ma-

Mag. ſent. li.1. diſt.19. q.

Baud. lib.1. pag.93.

Cano.1.

xime; vnam ſeruare oportet, ne ea ſublata Deorum multitudo; introducatur. Petrus enim Antiochenus patriarcha neſcio quid tum muſſitabat de Tribus diis, quam opinionem abreptam Philoponus philoſophiæ armis inſtructus tam fortiter tuendam ſumpſit, vt eius auctor & princeps habeatur, perinde atque Brentius te Sophiſtica arte inſoleſcẽtem ſui ſceleris & impietatis præconem inuenit. Ob eã igitur cauſam religiosè cauent Latini dicere numero differre hypoſtaſes, etiam ſi eo ſenſu, quem alibi expreſſi, verè id enuntiari poſſit. Te verò illa religio, (neque enim ſoles vllo Dei metu tangi, qui tam audacter & temerè diuina tractas, ſine Dei verbo, ſine vlla maiorum ſuffragatione, approbatione, teſtimonio.) Te inquam illa latinorũ, *Circa annũ domini 535.*

religio nihil moratur, nihil afficit, nihil mouet, quoniam multas facis
Pag. 512. ver. 3. essentias re differentes, adiecta etiã illa interpretatione, re.i. realiter, vt non iam personæ inter se discrepẽt re, verum & personarum essentia. Vide quo ducat profana disputandi de rebus diuinis libido, citra Dei verbum, citra Theologorum consilium. Nam quod Græci veteres, vt supra retuli, hanc locutionẽ aliquãdo vsurpauerint, nihil ad te, cum præsertim se explicent, & disertè pronuntient numeri ista rationem non significare aliud & aliud, sed alium & aliũ. Vnde quod dicimus differre ratione aut re, Iustinus Martyr pag. 225. appellat ἢ λόγῳ, ἢ ἀριθμῷ, & paulo post, λέξει ἢ ἔργῳ & pag. 232. λέξει ἢ πράγματι, quo pacto Scholastici Personas realiter a se inuicem differre, aut potius di-

ſtingui aiunt.

Vis poſtea, ne nihil diſtinguẽdo, vt tibi illiterato & Theologiæ rudi videtur, confundam omnia, docere me Methodum, quam in tuo libro contra Trinitarios tenuiſti. Atqui in eo me tui miſeret Gorgia. Agitur de ſummo religionis apice, ad cuius cogitationem tremendũ tibi erat æquè ac mihi, non de tua Methodo, quam ſemper alieniſſimam duxi. Deinde ſi alicuius methodus ſit expetẽda, certe non tua, qui es planè ἀμέθοδος, infœlicitate ingenii, confuſione, obſcuritate, cęcitate omnes mortales ſuperans, vt tua dum leguntur ſiue philoſophica ſiue Theologica, non modo non intelligantur, ſed & αἰῶνας Valentinianorũ & σκότος Manichæorũ vincant. Tu cogitas fortaſſe diſputare cum Ramo aut Simonio de Pag. 515.

Methodo, & non de tuis blaſphemiis. Sine methodo peccas, ſine methodo eſſentiam diuinam laceras & proſcindis, ſine methodo filium Dei à Patris eſſentia auellis, & cum methodo vis refelli? Age amplectamur tuũ conſilium, téque methodicè confutemus, id eſt, ordine, dilucidè, breuiter, tuas reliquas blaſphemias perſequamur & tuum impudens guttur gladio Spiritus, id eſt, Dei verbo iugulemus.

18. Blaſphe. eſſentia ſua Patrem non eſſe Deũ ſed Patrem. Pag. 515.

Pater quidem (inquis) ſuam realem οὐσίαν, qua pater eſt, non tranſfundit in Filium, perinde vt ſi quis ſuam ſcientiam in alium prius ſubſiſtentem transfundat, ſed Filium " ipſum realiter & ſimpliciter pro- " ducit à ſe diſcrepantem energiam, " in ſua eſſentia tamen permanentẽ, " vtriſque ſubſtantiis perſonarum " nõ eſſentialiter, ſed realiter diſcre-

tis. Hic Scholasticorum reprehendis elegans simile, quod supra explicaui è Panormitano. Hic duas substantias personarum Patris & Filii realiter discretas constituis. Hic Filium energiā à Patre discrepātem sancis. Adeo fœcunda, adeò densa est erroribus tua breuis oratio, verum multa talia supra ex te iam audiuimus. Non nouæ hę sunt impietates. At nunc nouum quod insanis Patrem esse sua reali ὀυσίᾳ Pātrem. Mirabilis profectò Theologia Patrem esse ὀυσίᾳ Patrem & non relatione vel relata proprietate, cū ne in creaturis quidem id vsu veniat, vbi alioqui Essentiæ sunt numero distinctæ. Nam Daniel, exēpli causa, non est Daniel ὀυσίᾳ sua, sed sua proprietate & quasi forma numerabili, id est, Danielitate, vt Richardus victorinus docēdi cau-

ſa loquitur. Axioma eſt apud Theologos receptiſſimum, in diuina hypoſtaſi, id eſt, in Patre, in Filio, in Spiritu ſancto, duo duntaxat ſpectari Eſſentiam & relationem. Ex eſſentia perſonam eſſe & dici Deũ. Ex Relatione ſiue Relata proprietate exiſtere & dici vel Filium, vel Spiritum ſanctum. Quemadmodũ in humanis indiuiduis ad eorũ effectionẽ duo cernuntur, cõmunis natura & ſingularis forma, ceu proprietas. Ex illa Daniel homo eſt & nuncupatur, ex hac hic homo vel Daniel. Audis vt fœde ruas non dico in Theologiæ, ſed in rerum naturalium principiis. Qui vel duas horas diſputatiões Sorbonicas auſcultaſſet, ſiccine laberetur? Hoccine ignoraret, quod vbique in argumento de S. Trinitate repetit Auguſtinus, omnia illic dici ad ſe

vel ad aliquid, Ita vt ad ſe dicatur Deus, ad aliquid Pater. Sed eo te multiplicium Eſſentiarum diuinitatis impia aſſertio præcipitauit.

Reuoluis idem ſaxum, infœlix Schegki. At Catholici dicunt gignens & genitum non eſſe Vnam, ſed eſſe vnum ſubſtantia. Quos Catholicos putas, non ſunt hi. Nã Catholicis eſt fixum, ſtabile, immotũ Tres eſſe vnam ſubſtantiam numero, vt ante docui, & Scholaſtici definiunt.

Pag. 516.

Quorſum autem iſta recocta crambe, quorſum iſtud Ixionis ſaxum toties reuolutum pertineat, non diſſimulas, dum affers ſimile valdè alienũ. Vt materia & forma ſunt vnum ſubſtantia, ſed non vna ſubſtantia, ſic tres perſonæ ſunt vnum eſſentia, ſed non vna eſſentia. Potes ne nunc te non animo

19. Blaſphe. Deum Patrem Filiũ & Spiritũ ſanctũ eſſe vnũ vt materia et forma vnum conſtituũt.

alere monſtrum aliquod Sabellianum inficiari? Nam materia & forma ſunt partes illius, quod tu appellas vnum ſubſtantia. Sic fingis eſſe aliquid eſſentia vnum in Deo, cuius partes ſint hypoſtaſes, a qua etiam locutione non ſoles temperare. Nam ſupra id confirmaſti & infra ſic loqueris: Pag. 523. Quando Pater & Filius & Spiritus ſanctus
" prædicantur de Deo, prædicantur
" vt partes ſeu perſonæ eſſẽtiæ vnius
" Dei de tota eſſentia. Qua ſententia nihil poſſit eſſe abſurdius, nihil magis Sabellianum, nihil quod magis ex inferis excitet ϛιωὐσιον, ex hoc myſterio à nobis authoritate Epiphanii & cæterorum patrũ Græcorum primo de Trinitate reiectum. Non perſequar, quod alieniſſimè à Philoſophia ſcribis, materiam & formam eſſe vnum ſubſtantia, ne

contra te de Philoſophia videar potius inſtituiſſe certamen, quam de præcipuo Theologiæ apice. Tantùm expēde, quod Philoſophi iſta maximè & quaſi è diametro diſtare profitentur, dum materiam proximè accedere ad nihilum, nec niſi exiſtere poteſtate: formā verò non modo eſſe actum quendam, ſed & dare eſſe & actum rei, demonſtrāt. Tua hæc, dum cum aliquot viris doctis communicarem, quorum iudicium, ſi tibi eos nominarem, non, opinor, declinares, protinus exclamarunt, ô admirabilem ſimilitudinem, ô exemplum ſingulare. Quemadmodum materia & forma ſunt vnum ſubſtantia, ſed non vna ſubſtantia, ita tres perſonę ſunt vnum eſſentia, ſed non vna eſſentia. Quid cunctaris, quid hæſitas Schegkium planè in coniuratis Sa-

bellianis ponere? Nunquid nõ hoc *egregio ſimili* lupum auribus te*nes? Nam* quid indicat, Vnum eſ*ſentia* & non vna eſſentia ſunt hypoſtaſes, niſi in diuinis vnam eſſe hypoſtaſim, vnum ſuppoſitum. Vt quemadmodum materia & forma ſunt vnum ſubſtantia, quia vnam conſtituũt hypoſtaſim ſubſtantialem & ſuppoſitum: ita Pater, Filius & Spiritus vnũ ſunt eſſentia, quoniam vnum reddunt ſuppoſitum & vnicam perſonam ſiue hypoſtaſim eſſentialem. Perinde atque in duabus Domini naturis, quæ Vnũ ſunt ſubſtantia, iuxta iſtius philoſophiam, non vna ſubſtantia, quia vnam efficiunt perſonam, ſiue ſubiectum ſiue ſuppoſitum.

Quibus ego, meliora de Schegkio ſuſpicor. Eum quidem exiſtimo Sabelliano errore irretitum,

quod de hoc myſterio præcipua ignoret, ſed apertè cõiuratum Sabellianũ non ſuſpicor, vt qui Apologeticum huic calumniæ opponat, etſi male reo patrocinantem. Quod totum tribuo Satanæ, qui illo imperito philoſopho, & philoſophicis quibuſdam ſpectris myſteria aptante, ad Sabellianam coniurationem renouandam abutitur. Itaque non miror ſi Sabellianæ locutiones interdũ ex eius neſcientis pectore erumpant, dum Satanam in ſe operari, in ſe μυστήριον τῆς κακίας agere patitur. Qualis eſt hæc, Vnum eſſentia & non vna eſſentia. Nam à Satana aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros: aut hoc incluſi ligno occultantur achiui. Quemadmodum vos rectè cenſuiſtis & docuiſtis. Præterea homini irato & odio Sorbonici

nem pag. 75. & 120. Nazanzenus oratio.3.& 5.de Theologia. Epiphanius hæresi.69.& 73.Cyrillus lib.1. in Ioan.cap. 2. Iustin. ipse Imperator in edicto fidei, quod post concilium Calcedonense ponitur. Latini autem non confitentur, vt dissidiorum & contentionum,ex ambiguitate proficiscentium, causas præcidant. Conuenientius verò illas proprietatibus tantum distingui tradunt. Ita Ambrosius lib. 1. de fide cap.2. & lib.4.cap.4.Ita cócilium Toletanum vndecimum in confessione fidei numerum planè à Trinitate remouens. Ita denique Synodus Græca constantinopolitana, postquam ipsorum Ecclesia re ipsa fuisset experta istiusmodi locutionem creare periculū multiplicitatis Essentiæ, quam simplicissimam, singularissimam, ma-

Mag.sent. li.1.dist.19. q.

Baud.lib.1. pag.93.

Cano.1.

ximeq́; vnam ſeruare oportet, ne ea ſublata Deorum multitudo; introducatur. Petrus enim Antiochenus patriarcha neſcio quid tum muſſitabat de Tribus diis, quam opinionem abreptam Philoponus philoſophiæ armis inſtructus tam fortiter tuendam ſumpſit, vt eius auctor & princeps habeatur, perinde atque Brentius te Sophiſtica arte inſoleſcētem ſui ſceleris & impietatis præconem inuenit. Ob eā igitur cauſam religiosè cauent Latini dicere numero differre hypoſtaſes, etiam ſi eo ſenſu, quem alibi expreſſi, verè id enuntiari poſſit. Te verò illa religio, (neque enim ſoles vllo Dei metu tangi, qui tam audacter & temerè diuina tractas, ſine Dei verbo, ſine vlla maiorum ſuffragatione, approbatione, teſtimonio.) Te inquam illa latinorū,

Circa annū domini 535.

religio nihil moratur, nihil afficit, nihil mouet, quoniam multas facis eſſentias re differentes, adiecta etiã
pag. 512. ver. 3. illa interpretatione, re.i. realiter, vt non iam perſonæ inter ſe diſcrepẽt re, verum & perſonarum eſſentia. Vide quo ducat profana diſputandi de rebus diuinis libido, citra Dei verbum, citra Theologorum conſilium. Nam quod Græci veteres, vt ſupra retuli, hanc locutionẽ aliquãdo vſurpauerint, nihil ad te, cum præſertim ſe explicent, & diſertè pronuntient numeri iſta rationem non ſignificare aliud & aliud, ſed alium & aliũ. Vnde quod dicimus differre ratione aut re, Iuſtinus Martyr pag. 225. appellat ἢ λόγῳ, ἢ ἀριθμῷ, & paulo poſt, λέξει ἢ ἔργῳ & pag. 232. λέξει ἢ πράγματι, quo pacto Scholaſtici Perſonas realiter a ſe inuicem differre, aut potius di-

ſtingui aiunt.

Vis poſtea, ne nihil diſtinguēdo, vt tibi illiterato & Theologiæ rudi videtur, confundam omnia, docere me Methodum, quam in tuo libro contra Trinitarios tenuiſti. Atqui in eo me tui miſeret Gorgia. Agitur de ſummo religionis apice, ad cuius cogitationem tremendū tibi erat æquè ac mihi, non de tua Methodo, quam ſemper alieniſſimam duxi. Deinde ſi alicuius methodus ſit expetēda, certe non tua, qui es planè ἀμέθοδος, infœlicitate ingenii, confuſione, obſcuritate, cęcitate omnes mortales ſuperans, vt tua dum leguntur ſiue philoſophica ſiue Theologica, non modo non intelligantur, ſed & αἰῶνας Valentinianorū & σκότος Manichæorū vincant. Tu cogitas fortaſſe diſputare cum Ramo aut Simonio de Pag. 515.

Methodo, & non de tuis blaſphemiis. Sine methodo peccas, ſine methodo eſſentiam diuinam laceras & proſcindis, ſine methodo filium Dei à Patris eſſentia auellis, & cum methodo vis refelli? Age amplectamur tuũ conſilium, téque methodicè confutemus, id eſt, ordine, dilucidè, breuiter, tuas reliquas blaſphemias perſequamur & tuum impudens guttur gladio Spiritus, id eſt, Dei verbo iugulemus.

18. Blaſphe. eſſentia ſua Patrem non eſſe Deũ ſed Patrem. Pag. 515.

Pater quidem (inquis) ſuam realem ὀυσίαν, qua pater eſt, non tranſfundit in Filium, perinde vt ſi quis ſuam ſcientiam in alium prius ſubſiſtentem transfundat, ſed Filium
" ipſum realiter & ſimpliciter pro-
" ducit à ſe diſcrepantem energiam,
" in ſua eſſentia tamen permanentẽ,
" vtriſque ſubſtantiis perſonarum
" nõ eſſentialiter, ſed realiter diſcre-

tis. Hic Scholasticorum reprehendis elegans simile, quod supra explicaui è Panormitano. Hic duas substantias personarum Patris & Filii realiter discretas constituis. Hic Filium energiã à Patre discrepãtem sancis. Adeo fœcunda, adeò densa est erroribus tua breuis oratio, verum multa talia supra ex te iam audiuimus. Non nouæ hę sunt impietates. At nunc nouum quod insanis Patrem esse sua reali ὀσίᾳ Pãtrem. Mirabilis profectò Theologia Patrem esse ὀσίᾳ Patrem & non relatione vel relata proprietate, cũ ne in creaturis quidem id vsu veniat, vbi alioqui Essentiæ sunt numero distinctæ. Nam Daniel, exẽpli causa, non est Daniel ὀσίᾳ sua, sed sua proprietate & quasi forma numerabili, id est, Danielitate, vt Richardus victorinus docẽdi cau-

ſa loquitur. Axioma eſt apud Theologos receptiſſimum, in diuina hypoſtaſi, id eſt, in Patre, in Filio, in Spiritu ſancto, duo duntaxat ſpectari Eſſentiam & relationem. Ex eſſentia perſonam eſſe & dici Deũ. Ex Relatione ſiue Relata proprietate exiſtere & dici vel Filium, vel Spiritum ſanctum. Quemadmodũ in humanis indiuiduis ad eorũ effectionẽ duo cernuntur, cõmunis natura & ſingularis forma, ceu proprietas. Ex illa Daniel homo eſt & nuncupatur, ex hac hic homo vel Daniel. Audis vt fœde ruas non dico in Theologiæ, ſed in rerum naturalium principiis. Qui vel duas horas diſputatiões Sorbonicas auſcultaſſet, ſiccine laberetur? Hoccine ignoraret, quod vbique in argumento de S. Trinitate repetit Auguſtinus, omnia illic dici ad ſe

vel ad aliquid, Ita vt ad ſe dicatur Deus, ad aliquid Pater. Sed eo te multiplicium Eſſentiarum diuinitatis impia aſſertio præcipitauit.

Reuoluis idem ſaxum, infœlix Schegki. At Catholici dicunt gignens & genitum non eſſe Vnam, ſed eſſe vnum ſubſtantia. Quos Catholicos putas, non ſunt hi. Nã Catholicis eſt fixum, ſtabile, immotũ Tres eſſe vnam ſubſtantiam numero, vt ante docui, & Scholaſtici definiunt. *Pag.516.*

Quorſum autem iſta recocta crambe, quorſum iſtud Ixionis ſaxum toties reuolutum pertineat, non diſſimulas, dum affers ſimile valdè alienũ. Vt materia & forma ſunt vnum ſubſtantia, ſed non vna ſubſtantia, ſic tres perſonæ ſunt vnum eſſentia, ſed non vna eſſentia. Potes ne nunc te non animo

19. Blaſphe. Deum Patrem Filiũ & Spiritũ ſanctũ eſſe vnũ vt materia et forma vnum conſtituũt.

alere monſtrum aliquod Sabellianum inficiari? Nam materia & forma ſunt partes illius, quod tu appellas vnum ſubſtantia. Sic fingis eſſe aliquid eſſentia vnum in Deo, cuius partes ſint hypoſtaſes, a qua etiam locutione non ſoles temperare. Nam ſupra id confir-
Pag. 523. maſti & infra ſic loqueris. Quando Pater & Filius & Spiritus ſanctus
" prædicantur de Deo, prædicantur
" vt partes ſeu perſonæ eſſẽtiæ vnius
" Dei de tota eſſentia. Qua ſententia nihil poſſit eſſe abſurdius, nihil magis Sabellianum, nihil quod magis ex inferis excitet ζωὔσιον, ex hoc myſterio à nobis authoritate Epiphanii & cæterorum patrũ Grecorum primo de Trinitate reiectum. Non perſequar, quod alieniſſimè à Philoſophia ſcribis, materiam & formam eſſe vnum ſubſtantia, ne

contra te de Philoſophia videar potius inſtituiſſe certamen, quam de præcipuo Theologiæ apice. Tantùm expēde, quod Philoſophi iſta maximè & quaſi è diametro diſtare profitentur, dum materiam proximè accedere ad nihilum, nec niſi exiſtere poteſtate: formā verò non modo eſſe actum quendam, ſed & dare eſſe & actum rei, demonſtrāt. Tua hæc, dum cum aliquot viris doctis communicarem, quorum iudicium, ſi tibi eos nominarem, non, opinor, declinares, protinus exclamarunt, ô admirabilem ſimilitudinem, ô exemplum ſingulare. Quemadmodum materia & forma ſunt vnum ſubſtantia, ſed non vna ſubſtantia, ita tres perſonę ſunt vnum eſſentia, ſed non vna eſſentia. Quid cunctaris, quid hæſitas Schegkium planè in coniuratis Sa-

bellianis ponere? Nunquid nõ hoc egregio ſimili lupum auribus tenes? Nam quid indicat, Vnum eſſentia & non vna eſſentia ſunt hypoſtaſes, niſi in diuinis vnam eſſe hypoſtaſim, vnum ſuppoſitum. Vt quemadmodum materia & forma ſunt vnum ſubſtantia, quia vnam conſtituũt hypoſtaſim ſubſtantialem & ſuppoſitum: ita Pater, Filius & Spiritus vnũ ſunt eſſentia, quoniam vnum reddunt ſuppoſitum & vnicam perſonam ſiue hypoſtaſim eſſentialem. Perinde atque in duabus Domini naturis, quæ Vnũ ſunt ſubſtantia, iuxta iſtius philoſophiam, non vna ſubſtantia, quia vnam efficiunt perſonam, ſiue ſubiectum ſiue ſuppoſitum.

Quibus ego, meliora de Schegkio ſuſpicor. Eum quidem exiſtimo Sabelliano errore irretitum,

quod de hoc myſterio præcipua ignoret, ſed apertè cõiuratum Sabellianũ non ſuſpicor, vt qui Apologeticum huic calumniæ opponat, etſi male reo patrocinantem. Quod totum tribuo Satanæ, qui illo imperito philoſopho, & philoſophicis quibuſdam ſpectris myſteria aptante, ad Sabellianam coniurationem renouandam abutitur. Itaque non miror ſi Sabellianæ locutiones interdũ ex eius neſcientis pectore erumpant, dum Satanam in ſe operari, in ſe μυστήριον τῆς κακίας agere patitur. Qualis eſt hæc, Vnum eſſentia & non vna eſſentia. Nam à Satana aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros: aut hoc incluſi ligno occultantur achiui. Quemadmodum vos rectè cenſuiſtis & docuiſtis. Præterea homini irato & odio Sorbonici

nominis inflammato condonandum, quem ſtudium eius refellendi in iſtas voragines præcipitauit.

Pag. 524. Paulo poſt de integro renouas diſputationẽ, & incipis ſerio quærere, quid nomine eſſentiæ intelligi debeat. Te ſimilem præſtas contumaci & improbo bellatori, qui poſtquam proſtratus eſt, in terram afflictus, ſeſe erigere conatur, deinde ſi ſinatur reſpirare conflictum reparat, ne ſuperatus triumphatúſque turpiter videatur. Dum id moliris, peccas in præcepta de methodo, quam paulo antè adeo pueriliter oſtentabas. Nam in hac conflictus redintegratione diruis, quæcunque antea de eſſentia ædificaſti. Ingrederis labyrintum, è quo te Sophiſtice non extricabit. Cur Schegki te is perditum, cur te in abyſſum vis coniicere. Subſiſte ali-

quantiſper, reſpira & apud te expende, an ſani ſit hominis & verecundi ita lacerare, ita proſcindere ſanctam Trinitatem. Æquiuocum eſſentiæ vocabulũ nominas. Quare ergo initio diſputationis non illud diſtinguebas. Quare hic modo incipis hanc vocem definire: an nõ legiſti, quid præcipit Cicero: omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id de quo diſputetur. Quo pacto huc vſque potuiſti diſputationem perducere, ignorata vel non diſtincta vocum notatione. Qua ratione, cedo, debuiſti a definitione deſinere, vbi ab ea iuxta Rhetorum & Philoſophorum inſtituta fuerat auſpicandum? O egregiam methodum, ô philoſophiam, quã vſque adeo debueris extollere. *Cic. 1. offic.*

Nempe pugnabas Antabatarum more, clauſis vel potius cæcatis oculis. Et certè ſi te tuaque expendis, facilè percipies te huc vſque, meras nugas, meras tenebras, vt taceã hæreſes & blaſphemias, Verbo Dei clariſſimo, Spiritui ſancto veritatis amanti, ſanctiſsimorum maiorum noſtrorum puræ religioni perſpicuæque doctrinæ offudiſſe, obieciſſe, oppoſuiſſe? Quid opus fuit ſub finem diſputationis tot definitionibus, tot diuiſionibus. Nónne clara eſt Eccleſiæ ſimplex & pura definitio, ad hunc modum iſta apud Anaſtaſium patriarcham antiochenum deſcribentis. Eccleſiaſtici doctores vocum proprietate vſi, quod commune quidem eſt vocarunt Eſſentiam, quod autem proprium ſubſtantiã ſiue perſonam. Quod aliò modo

Anaſt. li. 3. de dogmat. fidei. pa. 74 Baſil. hom. de eſſent. et hypoſt. Suidas in voce hypoſtaſis.

ſed

ſed eodem ſenſu retulit Suidas. πρόσωπον, ἤγουν ὑπόστασις ἐστὶ κατὰ τοὺς ἁγίους πατέρας τὸ ἰδικὸν παρὰ τὸ κοινόν. κοινότης γὰρ ἐστὶν ἡ φύσις ἑκάστου πράγματος. ἴδιαι δὲ εἰσὶν αἱ ὑποστάσεις, οἷον φύσις, τουτέστι οὐσία μία ἡ θεότης, ὑποστάσεις δὲ τρεῖς πατὴρ, υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα. Cur his ſimplicibus definitionibus nō acquieſcis, cur nouas comminiſceris, litium procreatrices, mentis prauè de deo ſentientis interpretes? Etiā hic prodit Ariſtoteles è libro ſeptimo Topicorum. Nam hūc vnicum locum habes contra vnitatem numerabilem diuinæ eſſentiæ. Vnde & ſupra illum eūdem, ſed vtrobique prauè accommodatum, more tuo, Verbo Dei & Sanctorum ſenſis, ſcriptis, prędicationibus, obtendebas. Eſt hęc vna de tribus tuis capellis, quæ eo exiſtimari debet nocentior, quo ardentius poſt tot *Pag. 509.*

decreta, poſt tot Sanctiones vocas in controuerſiam, quid eſſentię vocabulo debeat intelligi. Non miror iam ſi pugnaciter antea dimicabas non vnam eſſe diuinam eſſentiam numero, Si audebas blaſphemare vnam eandémque ſimpliciter & ad numerum eſſentiam minime tribus eſſe communem, Si eſſentiam contendebas ſe περιχωρεῖν, ſe cõmeare, ſibi ipſi vniri. *Si probabas ſententiã Trinitariorũ de pluribus eſſentijs.* Nã id videri vis habere te è ſeptimo Topicorũ Ariſtotelis, cui tu facilius acquieſcas, quã vlli Dei opt. Max. oraculo. Poteras etiã dicere ex Auerroë ni te pudor retinuiſſet, quem ſupra allegaueras, ſtatuentem Vnam eſſentiam tribus indiuiduis realiter diſtinctis non poſſe cõmunicari niſi aggregatione, καὶ τῷ νοήματι. Es adeò inconſtans, adeò

incertus,adeò pendensanimi,vt cũ aduerſus Trinitarios te egregie Sabellianum præſtiteris, nunc contra me, quo Sabellianiſmi crimẽ a tuo capite arceas, ſceleris Trinitarij præconem conſtituas, quid enim aliud inſtituũt Trinitarii, quam vt labefactent vnam numero eſſentiam, plures conſtruant? Quanquam haud ſatis ſcio, num impio potius hæreticorum ingenio, quã mobilitati tribuam. Audiuiſti de Theramene, vt quoniam triginta tyrãnorũ ſibi mutuo aduerſantiũ ſe ingeniis accommodabat, cothurnus Græciæ fuerit appellatus. Sic ſoletis calceos omnium hæreticorum pedibus aptos conficere. Caluinus infeliciſſimæ memoriæ, ita de ſancta Euchariſtia ſolebat diſputare, vt neutram partem offenderet. Vos Luterani vulpem vo

Suidas.

Caluini dolus.

biſcum ſtatuere præſentiam corporis Domini arbitrabamini quoniam tanto artificio ſtylum temperabat in veſtri gratiam, vt eam apertè nunquàm tollere videretur: quin interdum cenſoria poteſtate eos obiurgaret, qui nimis nude, ieiune, & ſimpliciter de ſignis loquebãtur. Contrà, Zuinglianos paſcebat, neſcio quo ſermonis illoti anfractu, vt ipſum, cum Chriſti corpus ad dexteram Patris cœlo affigeret & ſimilia multa contra locorum multiplicitatem impiè funderet, certo Chriſtum è myſteriis excludere exiſtimarent. Hanc diſſerendi ſubtilitatem, Gorgia, vis fortaſſe vſurpare, vt neutri parti diſpliceas. Modo Sabellium ſequeris, & quemadmodum tres potentię animi vni inſunt animo, ſic tres perſonas vni Eſſentiæ veluti affi-

gis, & applicas, vt Synogogis Gallicis, & Germanicis placeas, quas iam omnes Sabelliano ſcelere contaminatas atque conſpurcatas docui. Modo Auerroëm tuum vnam numero eſſentiã tribus hypoſtaſibus nequaquã poſſe cõmunicari cõtendentẽ, mordicus defendis, & ad ſeptimum Topicorũ, vnam de tribus tuis capellis, prouocas, quo ſanè Trinitarios tibi concilies, téque animo ab ipſis alieno haud eſſe declares. Patêre tua conſilia iam cum ſentias, tuum aſtu nudatum cum iam perſpicias, ſatius feceris ſi te vni parti addicas, vt cum Caluino, Brentio, Beza, Lipſiẽſibus, Bernenſibus, Matæologis diſtinguere inter ζωούσιον & ὁμοούσιον neſcientibus apertus viuas Sabellianus, vel cum Trinitariis vnam numero eſſentiã oppugnantibus, perſpicuus

Auer. 12. met. cõ. 39.

euadas, ſiue Philoponianus, ſiue Arrianus, nã ꝑpetuò ĩ duabus ſellis ſedere, crede mihi, tuto non potes.

Pag. 519. Poſt explicatas varias Eſſentiæ ſignificationes & modos, imprudens Caluinum euertis, quem contra Eccleſiam ſupra defenderas. Filius, (inquis) & Spiritus ſanctus nõ habent a ſemetipſis, quod ſunt, ſed ſolus Pater hoc modo eſt αὐτόθεος. hic quippe propter originis principatum fons diuinitatis dicitur eſſe meritò Pater. Quid aliud in Caluino & Autotheanis damnat Eccleſia? iſti Chriſtum à ſe Deũ aiunt, Eccleſia negat, quippe qui non obtineat à ſemetipſo, vt ſit, ſed a Patre. Præterea inconſtans philoſophe, Pater, inquis, propter originis principatum meritò dicitur eſſe diuinitatis fons? Præclarè quidem:
Pag. 499. Cur igitur ſupra rodebas, quod

ſcripſeram Patrem principem eſſe perſonā, quia diuinitatis fons exiſteret atque principum. Cur non rectè dictum tibi videbatur, Patrē eſſe principium diuinitatis. Cur Auguſtinum horum verborū auctorem & approbatorem garrulitate Sophiſtica impugnabas? Adeo es inſtabilis, vt de eadem re aliter ſedens, aliter ſtās ſcribas & iudices, adeo obliuioſus, vt poſt cœnā, quid ante ſcripſeris, non reminiſcare. Nam in tuis ſcriptis facilè diſcernuntur tempora, & clare perſpicitur, quid ieiunus, & ſobrius, quid cænatus, potus, & paſtus dictaueris, quid horis antelucanis, quid cæteris tractaueris. Non pudet iſto modo rebus diuinis, ſacris myſteriis, ſanctæ religioni illudere Gorgia;

Minus prætereà ferēdum, quod

Pag. 520. 20. Blasphe. Filium Dei nõ esse perfectè & identice Patri similẽ.

subiicis, Essentialem similitudinẽ in filii Dei æterna productione, nequaquam excludere omne discrimen rei absolutæ, neque significare perfectam & simplicem identitatem, seu realem quandam ταυτότητος. Nam illud est excitare ex inferorũ puteo ὁμοιουσίους, qui suis peruersis ratiocinationibus conati sũt extinguere vocabulum ὁμουσίου, in hoc mysterio ad Arrianos delendos tam vtile, tam necessariũ. Non legisti, vt video, epistolam D. Basilij, qua rixantibus Arrianis de isto vocabulo, & in locum eius ὁμοιούσιον vnica litera differens, sufficere conantibus, respondit, se illud quidã admissurum, citra præiudicium tamen alterius, modo adiiceretur ἀπαραλλάκτως. Minus tibi occurrit, quod D. Hieronymus, ad illud Ezechielis, *Tu signaculum similitudinis*, inuehitur in eos, qui Filio simi-

Hieron. in 28 Ezech.

litudinem duntaxat tribuebant, cũ æqualitas conueniat, &c.

Damnas ſimiliter Patres omnes Græcos qui ὁμοούσιον interpretantur ὅμοιον κατὰ πάντα, ſimilem omnino, per omnia, & ſecundum omnia & à D. Paulo ob eam cauſam χαρακτῆρα appellatum, cenſent. Eſt enim character expreſſa imago, eſt forma alicuius rei, alteri impreſſa & inſculpta, παρὰ τὸ χαράσσειν, qualis imago & forma in ſigillo inſculpitur & cælatur, poſteàque per ſigillum ceræ imprimitur. Sic ergo Paulus Chriſtum Dominum appellauit, vt indicaret non eſſe qualemcunque imaginem vel ſimilitudinem Patris, inſtar figuræ hominis in ſpeculo reſplendentis, ſed hypoſtaſim ſubſtantialem perfectè & plene & identice Patrem ipſum repreſentantem, in qua ſit veluti im- Heb.1.

pressa hypostasis Patris, ita vt qui videt Filium, videat & Patrẽ. Quo loco ita perstricti leguntur Arriani, vt nihil habuerint prius, quam totam epistolam reiicere. Quemadmodũ scribunt Athanasius dialogo primo de Trinitate & Epiphanius her. 69. Potes id persuaderi ex Oecumenio scholiorum Grecorũ auctore, si quidem Sophista rectę disciplinæ est capax. *Oec. in 1. ad Heb.* Χαρακτὴρ ἐστὶν ὁ υἱὸς τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· διὰ ὅλην ἐν αὐτῷ ἀπομάξας τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν ὕπαρξιν. θεός ἐστιν, ἐξουσιαστής ἐστι, παντοδύναμος, δημιουργὸς καὶ εἴ τι ἄλλο τὴν πατρικὴν ὕπαρξιν χαρακτηρίζει. πλὴν τοῦ εἶναι πατὴρ πάντα ἐστὶν ὁ υἱός. διὸ καὶ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως περιάγει, καὶ συνέχει, καὶ πηδαλιουχεῖ. Character est Filius hypostasis patris veluti totam in seipso exprimens Essentiam & existentiam. Deus est, potens est, omnipo-

tens, opifex & ſiquid aliud Paternam exiſtentiam cælat & inſculpit. *Omnia eſt Filius, hoc vno dempto, quod non ſit Pater.* Proinde etiam omnia verbo potentiæ complectitur & continet & gubernat. Eadem ra- 2.Cor.4.
tione alibi Paulus vſus eſt voce εἰκό- Col.1.
νος. Quemadmodũ docet idem, qui ſupra, Oecumenius. εἰκὼν γὰρ ἐστὶ τοῦ πατρὸς ἀπαράλλακτος· ὅτι γὰρ εἰκόνα οἶδεν ὁ ἀπόστολος τὸ κατὰ πᾶν ἴσον καὶ ὅμοιον, ὅρα τί
φησιν, ἀλλαχοῦ. σκίαν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν Heb.10.
μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων. εἰκόνα θεοῦ τὸν χριστὸν, ὡς θεὸν ἐκ θεοῦ προσηγόρευσεν. ἐν αὐτῷ γὰρ δείκνυσι τὸν πατέρα. διὸ, φησιν, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ,
ἑώρακε τὸν πατέρα. Et altero loco, ὅς ἐστιν Col.1.
εἰκὼν τοῦ θεοῦ. διὰ τὸ ἀπαράλλακτον καὶ παντόθεν ἴσον καὶ ὅμοιον, εἰκόνα καλεῖ τὸν υἱὸν, οἱονεὶ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου κάλλους. Quæ tui miſerens, ſanè Latinè interpretabor, vt vel alterius conſulendi

dedecore, vel Grammatici & lexici voluēdi tædio, iners artium magiſter liberius. Idcirco enim linguarum eruditionem videris perſtringere, quoniam vt ſcitè ſcriptū reliquit Thucidides ἀμαθία θράσος τίκτει, μάθησις ὄκνον. Imago eſt Patris indifferens. Nam quod appellet Apoſtolus imaginem æquale & ſimile per omnia, intelligitur ex eo

Heb.10. quod ſcripſit alibi. Vmbram enim habet lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. Sic appellat imaginem Dei Chriſtum, velut Deū de Deo. In ſeipſo enim oſtendit Patrem, vt ipſe proinde dixerit, Qui vidit me, vidit Patrem. Rurſum eſt imago Dei veluti ſimulachrum primitiuæ pulchritudinis, quia penitus indifferens, at-

R. Moſe in more nebuchim. que omni ex parte æqualis & ſimilis. Hoc Hebręi appellant צלם, quā

à תואר distinguunt, quòd non declaret quodlibet ſimulachrũ, quãlibet ſimilitudinem, ſed formam ipſam & ſpeciem eſſentialem. Atq; hæc eſt cauſa, hæc ratio, cur Græci Theologi nõ dubitent εἰκόνα etiam filii Spiritum ſanctum aſſerere. Nã quamuis εἰκὼν videatur apud Apoſtolum quædam eſſe Filii propria nota, quidam character: tamen, quoniam vmbræ apud eundem opponitur, perindéque adæquatam, & cunctis rebus abſolutis conſonãtem ſimilitudinem declarat, etiã Spiritui, qui Filio eſt ſimillim9, tribuitur. Hinc Damaſ. εἰκὼν τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. Ex quo veluti principio maiores noſtri proceſſionem Spiritus ſancti à Filio contra Græcos eruditiſſimè ac efficaciſſimè concluſerunt. Si enim Filius quia imago Patris exiſtit, ex

Heb.10.

Damaſ.lib. 1.cap.14. pag.21. Hugo. Eter.l.2.cap. 7. de proceſſ. Spiritus.

ipſo eſſentiam habet,profectò Spiritus, cum ſit imago Filii, ex ipſo ſubſtantiam conſequetur. Si ex Filio, cuius imago eſt, non eſſentiam obtinet Spiritus, non eandem ſubſtantiæ rationem ſuſcipiunt imago,illúdque, cuius imago eſt. Secũdum quid ergo dicemus Spiritum imaginem Filii, ſi non habeat vllã, ex eo quod perſona, ad ipſum communitatem. Omnis imago ex prototypa idea ſimilitudinem, typũ figurámque accipit. Ecce Filius cũ ſit imago inuiſibilis Dei, ſplendor gloriæ, ac figura ſubſtantiæ Patris, ex ipſo eſſe habet: at verò Spiritus imago Filij eſt, vt Sancti perhibẽt: & nõ ab extrinſecis notis: vt Rex à purpura, chlamyde, ac diademate, ſed ab eo, quod intus habeat & emittat, quemadmodum & Pater. Ex quo & aliqua ſimilitudo ineſt,

non ſecundum figuram & colorem, vt imagines: quia nihil in illis huiuſmodi. In eo autem, quod æternum, incorporeum, immobile, ſecundum ſubſtantiam eſt comparatio: ex quibus non multum videtur imago Filii Spiritus, aut Filius Patris exiſtere. Quippe, ſecundum ea quæ tribus perſonis communia inſunt, nulla differentia in perſonis apparet, nulla perſonæ attenditur proprietas: nam neque ſecundum ea, hic quidem Pater, iſte verò Filius, ille autē Spiritus cenſeretur, ſi ſecundum ſubſtantiam imago diceretur: non magis Filius imago Patris, quam Pater Filii nuncuparetur. Ergo ſecundum proprietatem imago Filij dicitur Spiritus, & non ſecundum ſubſtantiam, vt æternũ, incircũſcriptũ, & ſimilia. Hinc eſt, quod magnus dicit Baſilius, in ter-

" tio contra Eunomium ſermone:
" Imago vera, & naturalis Filii Spiri-
" tus, non ex imagine diuina, quem-
" admodum nos: immò enim cum
" ſit imago, non habet imaginem, &
" cum ſit vnctio, vnctionem non ha-
" bet. Et Gregorius quidem, qui θαυ-
" ματυργὸς cognominatur ex reuela-
" tione, dicit hæc, Vnus Spiritus ſan-
" ctus, qui ex Deo exiſtentiam ha-
" bet, imago Filii perfecti perfecta,
" Ioannes quoque Damaſcenus ſi-
" militer Patrum veſtigia dum imi-
" tatur, ſcribit hæc: Imago Patris Fi-
" lius eſt, & Filii Spiritus. Theologus
" quoq; Gregorius de Filio loquẽs,
" talia pronuntiat: Imago eſt vt con-
" ſubſtantialis, & quoniam hoc mo-
De imagine. do, at nõ ex hoc Pater, hoc eſt ima-
" ginis natura, vt ſit imitamen Ar-
" chetypi, & cuius dicitur. Vnde pa-
" tet, quod ſi Spiritus imago Filii eſt,
ex illo

ex illo esse habeat. Sed qui dicit nullam comparationem esse Spiritus ad Filium, imaginis tollit rationem. Non est enim possibile comparatione sublata, imaginem intelligi. Ideóque si Spiritus imago Filii existit, palam est, comparationẽ ad ipsum habere. Imago enim, quid aliud est, quam ex causa esse: illo scilicet, cuius imago est?

Te opinor, fefellit (nam purus Philosophus citissime in initiis & arcanis Theologicis fallitur,) quod cum filius Dei imago, character, similitudo nominatur, non commune duntaxat, in quo hypostaseon nulla est differentia, respicitur, verum etiam proprium, siquidem si solum commune respiceretur & diceretur imago Patris, character, similitudo, quòd Patri essentia, natura, substantia, poten- *Col.1. Heb.1. Eze.28.* *Imago dicitur ratione utriusque, id est, essentia & personæ.*

tia, ſapientia, bonitate & reliquis eiuſmodi eſſentiam ipſam comitantibus eſſet omnino æqualis, per omnia ſimilis, eodem iure Spiritus ſanctus, imago Patris diceretur, imo verò ipſe Pater imago Filii & Spiritus. At ſolutio verſatur in promptu. Nam proprium quidem hypoſtaſis ſiue perſonæ reſpicitur, at non ſolũ. In perfecta enim imagine, ſiue etiam ſimilitudine (nam in Deo iſta vt in hominibus neutiquam differunt) duo relinquuntur contemplanda, naturæ, vnitas καὶ ταυτότης, quod tu apertè reiicis, & perſonæ vnius ab altera proceſſio, emanatio, profectio. Filius eſt & dicitur imago Patris veriſſima & perfectiſſima, quicquid in contrarium blateres, tum quia à Patre manat & gignitur, tum quoniam eadem naturali perfectione

est præditus. Est hypostasis Paternæ character, quoniam non modo à Patre generatur, verumetiam nascendo omnia eius simul eodémque actu perfectissimè & simplicissimè ad diuinam Essentiam, gloriam, maiestatem, perfectionem facientia consequitur. Quid enim aliud censetur character, quam ab aliquo archetypo, primitiuo, primo exemplo deducta & exculpta imago? hoc fortasse, exẽplo, si habes mentem, vtcumque concipies. Cum Adamus de sua substantia Sethũ genuit ideóque ὁμοούσιον, eadem substantia & natura præditũ, illum ad imaginem suam genuisse diuino sermone fertur. Cur id? Quia vnum eadem substantia sibi æqualem, eadem oris, vultus, totius corporis lineamenta referentem procreauit, quia denique illi Gen. 4.

naturaliter, proximè & principaliter ſuæ hypoſtaſis inſculpſit impreſſitque characterem. Sic duo concurrerunt vt Adami imago ſimilitudóve diceretur. Patris ſubſtantia & vicina ſiue immediata productio. Quæ iam ad noſtram diſputationem ſublatis & ſepoſitis imperfectionibus, Schegki, pro ſingulari animi tui dexteritate accommoda. Perſpicies profectò, quod tu inficiabare, ſimilitudinem hoc loco ſignificare perfectam & ſimplicem identitatem, ſeu realem quãdam ταυτότητα & præterea perſonæ alterius ab altera promanationem atque ortum. Incipies deteſtari errorem antiquorum ὁμοιουσίων, qui ſub Valente Imperat. præcipuè, interpoſita ad Nicenam vocem vna literula Eccleſiam miſerrimè & factioſiſſime

exercuerunt. Laudabis Hilarium sic breuiter singularum in Trinitate personarum propria insinuantem: Æternitas est in Patre, species in imagine, vsus in munere. Probabis Augustinum verba Hilarij ad hunc modum enarrantem. Imago si perfectè implet illud, cuius est imago, ipsa adæquatur, non illud imagini suæ, in qua imagine speciem nominauit. Credo propter pulchritudinem, vbi tanta est congruentia, & primà æqualitas, *& prima similitudo, nulla in re dissidens, & nullo modo inæqualis, & nulla ex parte dissimilis, sed ad idemtitatem respondens ei,* cuius est imago.

Hilar. li. 2. de Trinit. cap. 3.

August. lib. 6. de Trinit. cap. 15.

Verba Augustini Verbis Scheg-kij planè opposita.

Ex eodem turbido fonte profluxit, quod diuinas personas distare faris aliquo rei absolutæ discrimine. Nám quoniam stultè imaginaris inter eas nō esse perfectam

ſimilitudinem, non veram & abſolutam ταυτότητα, quoniam non metirir illarum ſimilitudinem exacta, accurata, ſumma æqualitate, quæris rem aliquam abſolutam, qua inter ſe diſcrepent. Nec intelligis Eccleſiæ vtriuſque maximo conſenſu, ſumma cõcordia credi, πλὴν τοῦ εἶναι πατὴρ, πάντα ἐστὶν ὁ υἱὸς, cũcta eſt Filius quæ Pater, niſi quod non eſt Pater. De quo eſt caput Ioannis Damaſceni περὶ θείας ἑνώσεως καὶ διακρίσεως, quod alibi in pauca hæc verba elegantiſſimè totius Eccleſiæ nomine cõtrahit, ἐπὶ τῆς θεότητος μίαν μὲν φύσιν ὁμολογοῦμεν, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις κατ' ἀλήθειαν οὔσας φαμὲν, καὶ πάντα μὲν τὰ φυσικὰ καὶ οὐσιώδη, ἁπλᾶ φαμὲν, τὴν δὲ διαφορὰν τῶν ὑποστάσεων, ἐν μόναις ταῖς τρισὶν ἰδιότησι (attende ad Philoſophum Chriſtianum profane Philoſophe) τῇ ἀναιτίῳ καὶ πατρικῇ, καὶ αἰ-

Vtraque Eccleſia Græca & Latina dãnat Schegkium.

Scholia Græca in 1. Heb.

Damaſ. li. 1. cap. 10.

Da. li. 3. c. 5.

παλῇ καὶ υἱϊκῇ, καὶ τῇ αἰτιατῇ, καὶ ἐκπορευτῇ ἐπιγινώσκομεν. In ipſa Deitate vnam quidem naturam confitemur, at tres hypoſtaſes reuera eſſe dicimus. Omnia item naturalia & eſſentialia ſimplicia aſſerimus, at differentiam hypoſtaſeon in ſolis tribus proprietatibus, nempe ingenito & paternitate, genito & filiatione, producto & proceſſione agnoſcimus.

Latini aſſentiuntur, inter quos plurimis locis Aurelius Auguſtinus maximus Arrianorũ refutator, Summi, inquit, boni natura ſimplex dicitur, quoniam quod habet, hoc eſt excepto quod relatiue quæque perſona ad alteram dicitur. Nam vtique Pater habet Filiũ, nec tamen ipſe eſt Filius, & Filius habet Patrem, nec tamen ipſe eſt Pater. Vulgatus eſt Scholaſticorũ *Aug. lib. 1. de Trinit. cap. 11.*

ſermo, quem ſæpius apud eundem Auguſtinum repetitum & vſurpatum inuenies, Dictum ad ſe(id eſt, abſolutè) conuenire æqualiter & identicè tribus, dictum ad aliquid perſonas conſtituere, & ita conſtituere, vt relationibus remotis iam non diſtinguantur. Teritur etiam in Scholis illud Boëtij, ſola relatio multiplicat Trinitatem. Te relego ad D. Thomam quæſt. 1. q. 40. 2. & 1. ſent. diſt. 26.

Aug. 5. de Trinit. cap. 6. 8. 11. 23. 24.

Boët. lib. de Trinit.

Quid autem eſt illud, Gorgia, quod contra naturæ, rationis, Philoſophiæ, Theologiæ prima principia diſputas & ſentis, Eſſentiam diuinam non eſſe vnam maxime, ſingulariſſimam, ſimpliciſſimam, omnino indiuiduã, ἀδιαίρετον, ſummam, infinitiſſimam. Vbi iam illa naturæ vox multitudinis deorum profligatrix, & depultrix, Vnius

21. Blaſphe. diuinã Eſſentiam nõ eſſe maximè vnã ſingulariſſimam & Pag. 521.

Dei aſſertrix & prædicatrix, Præſtãs vnica eſt ęternáq; natura, mens ſoluta quædam & libera, ſegregata ab omni cõcretione, omni prædita perfectione? Vbi illa rationis ratiocinatio, ſi Eſſentia diuina aliquo modo eſſet compoſita, diuidua & ſecabilis, non infinitè ſuperaret reliquarum rerum eſſentias; non eſſet actus primus, purus, haberet ſupra ſe aliam, in qua ſumma vnitas, ſumma ſimplicitas conſiſteret. Vbi illud philoſophię pſephiſma Deum eſſe abſolutè perfectéque ſimplicem, principiorum monada, bonum quoque, quæ eſt vnius natura menſque ipſa. Nam δυάδα eſſe malum, circa quam multitudo verſetur.

Cic. in Tuſcul. & de Natura deorum.

Alcinoui lib. 1. cap. de Deo. Plut. li. 1. de Plac. Phil. cap. de Deo.

Vbi iam illa celebrata & recepta ex Auguſtino aſſertio, Dei ſimplex vnitas & ſumma ſimplicitas.

Richar. li. 6. de Trin. c. 2.

Principia doctrinæ Theologicæ euellit Schegkius. Biel in epit. lib. dist. 2.

Vbi illa Theologiæ principia & rudimenta, quæ idcircò Biel in suæ Epitomes initio expressit, vt intelligeremus istis ignoratis ad sequentia Theologiæ mysteria nemini patere ingressum? Primo firmiter est tenendum in diuinis esse vnã, summam, simplicissimã, indiuiduam, singularem & infinitam essentiam; Vnam quidem in singulis personis, summam affirmãter & negánter, quia infinitam. Simplicissimã partibus & omni compositione carentem, indiuiduam, simpliciter indistinctam in se & in personis, eandem omnino totam & indiuisam in omnibus tribus personis; coniunctim & sigillatim in singulis, nec maiorem in omnibus, quã in singulis, nec minorem in singulis, quam in omnibus. Singularem, quia vna numero & ideo nonnu-

meratur in perſonis, quia eſt eadẽ numero in ſingulis perſonis, imo eſt ſingulæ perſonæ. Infinitam & ideo ſummam. Non hæc igitur ſummam inſcitiam veritatis & Philoſophiæ declarant, Schegki, ſed cõtrà, tuam ſummam impietatem cum ſumma communium naturæ ſententiarum, Philoſophiæ decretorũ, certæ rationis & fidei ignoratione coniunctam deteſtãtur. Tanta vis eſt veritatis, vt hoc poſtea imprudenter è tuo inſano pectore erumpat, Omnia, inquis, hæc epitheta vera ſunt fateor, quibus vnitatem Eſſentiæ Magiſter Noſter ornat. Si vera ſunt, cur ſtatim ea refellis, cur à teipſo diſsidẽs, teipſum deſtruens inconſtantiſsimè (cuiuſmodi falſitatis eſt genius) protinus ad confutãdum aggrederis. Sed refutationem horum verorum epi- *Pag.525.* " "

thetorũ, quemadmodum teſtaris, audiamus. Primo negas eſſentialem vnitatem perſonarum vnam in omnibus perſonis eſſe, non vt ſimul collectis, ſed vt in ſingulis & ſigillatim & ineſſe ſingulis perſonis totam. Si tuæ ſimilitudinis, quã aduerſus Trinitarios te eruditiſsimè & efficaciſsimè excogitaſſe gloriaris, meminiſſes, ac in ea velles commorari, te à teipſo euerti facilè cerneres. Animam totam in ſe tota & totam in ſingulis ſuis potentiis eſſe dixiſti, quin etiam retro conuertiſti, ſingulas potentias eſſe totam animam, & ipſammet animam: vt vel ſic tuum Sabellianiſmum confirmares, Eſſentiam diuinam in ſingulis ſuis perſonis eſſe, (quas tu δυνάμεις Sabelliana mente vocitabas) & ſingulas perſonas eſſe totam & ipſiſsimam diuinam eſſen-

Pag. ead.

tiam. Sed pro nihilo habes nunc affirmare, nunc negare idem. Non eſt autem tolerandum, quod contra Chriſtianam diſciplinam apertè iſta impugnas. Nam ſi non vna eſt in omnibus & ſingulis perſonis eſſentia, corruit totum Scripturæ fundamentum, vniuerſæ Eccleſiæ ædificatio nutat de Vnitate Dei. Es valde illiteratus ſi neſcis, nequiſsimè impius ſi ſcis, & repugnas Vnum eſſe Deum numero, quod maximè vna ſit Deitas Patris & Filij, & Spiritus ſanctus. Nam Deus & Deitas duntaxat ratione ſiue co gitatione differunt. Niſi recordarer me id vberrimè & cumulatiſſimè demonſtraſſe iis locis, quæ habes ipſe in procinctu, te nunc rationibus philoſophicis vrgerẽ, ſcripturę opprimerem oraculis, Eccleſiæ ſanctionibus inundarem, San-

ctorum argumentis totum obruerem. Tractari enim istud potest amplissimè, eóque amplius & latius, quo absurdius Vnitatem Dei essentialem ausus es diffiteri. Nec sequitur, si oēs animę δυνάμεις simul sunt tota anima, singulæ autē sunt partes duntaxat animæ, & non tota anima (quod tamen alias improbasti, vt supra docui, & nunc labefactat tuum institutum contra vnitatem essentiæ) personas simul esse totam Essentiam, singulas autem Essentiæ partes & nihil præterea. Nam similitudo isthęc ab hoc mysterio est alienissima & planè Sabelliana. non tres res per se subsistentes declarat, nō Essentiam coniunctim & diuisim in tribus eandem, nō ordinem productionum, non æqualitatem, non easdem vires, non similes facultates, nihil de-

nique quod non ſit συνούσιον. falleris enim, dum exiſtimas Sabelliũ eſſe damnatum, quod diuinitatis facultates & potentias (his enim vocabulis vis perſonas inſignire) nomine & ratione, non re, vt tu, diſtingueret. Non hæc eſt cauſa, ſed quia non niſi vnicam agnoſcebat in diuinitate hypoſtaſim & ſubſiſtentiam. Si legiſti Epiphanium, ſi Auguſtinum, ſi Philaſtrium, ſi Damaſcenum, ſi cæteros, qui catalogum hæreſeon cõtexuerunt, nõ anathemate eſt percuſſus Sabellius, quod Deũ τριώνυμον vel τρίλογον faceret ſed quod negaret τριυπόστατον. Noli igitur prætexere tuam realem potentiarũ diſtinctionem. Realis illa diſtinctio nec te nec tuam ſimilitudinem a Sabelliani impietaie eripit, ſed ſi tu ſimpliciter confiteare vnam eſſe numero, ſimpliciter, ab-

Pag. ead.

Cur damnatus Sabelli⁹ cõtra Schegkium.

ſolutè, perfectè eſſentiam, quæ re-
uera tota conſiſtat in Patre, tota in
Filio, tota in Spiritu ſancto, tan-
quam hypoſtaſibus, non tantum
reipſa diſtinctis, vt tu fortaſſe fate-
bere, verum etiam per ſe, actu, ſe-
orſum, & diſtinctè ſubſiſtentibus,
quod ſoles negare: vt non tam per
Diuinam eſſentiã perſonæ illæ ſan-
ctæ ſubſiſtãt, quàm per perſonas di
uina eſſentia. Scholaſtici id adum-
brant exemplo primarum & ſe-
cundarum ſubſtãtiarum. Sic enim
ſecundæ ſubſtãtiæ per primas ſub-
ſiſtunt, primæ autem non iam per
ſecundas, ſed per ſe cohærent. Il-
lud eſt, quod Eccleſiã a te, veſtriſq;
Synagogis ſeparat, quas omnes
vel Arriano, vel Sabelliano ſcelere
irretitas meridie ipſo clarius de-
monſtraui & clariſsimè demon-
ſtrabo opere, quod cõtra iſtũ apo-
ſtatam

ſtatam Zanchium parturio.

Quod ad te in præſens attinet, mihi videris animal ex omnibus hæreticorum monſtris conflatum. Nam non ſatis habes nunc cauſam Sabellianorum, nũc Trinitariorũ, nunc Arrianorum agere, téque his cunctis ſordibus magna inconſtantia, leuitate, inſipientia maculare, niſi etiam quorumlibet, qui purã de S. Trinitate doctrinam deprauarunt fœdos & turpes vomitus deguſtes. Ioachinus Abbas Eccleſiæ concilio Oecumenico eſt proſcriptus, quod quãdam collectam vnitatem confingeret, qua Perſonæ, non aliter vna prædicarentur eſſentia, vnus Deus, quàm multi homines vnus populus, multæ familiæ vnus pagus, vna ciuitas. Quantum obſecro ab iſto delirio diſtant, quæ ſcribis, vt tota anima

22. Blaſphe. Eſſentiã diuinam non prædicari vniuoce de perſonis ſingulis.

Pag. 525.

» ϛυνωνύμως; & vniuoce de singulis par
» tibus non enunciatur, quia defini-
» tio animę totius de nutricante (ver
» bi gratia) nequit vere prædicari. Si-
» mili modo & ratione nec essentia
» tota diuina (quæ definitur tribus
» personis) prædicari sigillatim de
» personis singulis poterit vniuoce,
» sed de tribus simul comprehensis,
» prædicatur, vt definitio de defini-
to. Profecto euertis quæcunque ab Apostolis, Apostolicis, maioribus denique omnibus de hoc mysterio sanctissimè accepimus. Nam illi vno ore, vno sermone, eadem mente credendum reliquerunt diuinitatem vna eadémque nominis & naturæ ratione, quam Synonymam logici appellant, de singulis personis enuntiari. Non alia ratione vel definitione Patrem diuinitate esse præditum, alia reliquas hy-

Initio categ. Aristo.

poſtaſes docuerunt. Nomen diuinitatis, deitatis, diuinæ ſubſtantiæ, Eſſentiæ, naturæ, itémque nomini attributam naturæ definitionem ſingulis communem eſſe prædicarunt. Quantum ad rationem prædicandi, vt Philoſophi loquuntur, Dei Eſſentiam & hypoſtaſes non differre a ſpecie infima & indiuiduis ſanxerunt. Cúmque in rebus diuinis Eſſentiam per ſpeciem & perſonam per indiuidua exprimũt, id, per quandam enuntiationis ſimilitudinẽ fieri, ideo pronuntiant, quod Eſſentia de omnibus ſimul perſonis & ſeparatim de ſingulis, vt de indiuiduis ſpecies, enuntietur. Et quemadmodum vnum indiuiduum de altero non dicitur, ita neque vna perſona de altera dicatur. Nam diſcrimen, quod deinceps exiſtit, nihil pertinere ad hunc

Baſil. in epiſtola de differ. eſſentiæ & hypoſt. Nyſſenus l. de eodẽ arg. Theod. 1. li. Polymo. Cyr. Alex. l. 1. de Trin. Damaſc. in dialect. c. 11. Aug. 5. et 7. de Trini.

prædicandi modum, ad iſtam enunciandi formulam diſertè ſanciunt. Vt quod, indiuiduis multiplicatis, ſpecies quoque plurali numero efferatur. Nam Petrus, Paulus, Ioannes, tres homines ſunt, non item Pater, Filius, Spiritus ſanctus tres Dii, propter ſummam illius eſſentiæ ſimplicitatem. Non enim ſequitur Pater Deus, Filius Deus eſt, Spiritus ſanctus Deus, Igitur tres ſunt Dii, ſed ita colligendum, igitur Pater, Filius & Spiritus ſanctus tres ſunt, quorum quiſque Deus eſt, & quidem communiter & ſingulariter. Communiter contra Trinitarios, qui nomine vnius Dei Patrem duntaxat intelligunt. Singulariter, contra ſuperiorem noſtri Gorgiæ blaſphemiam, qui diuinã Eſſentiam ſceleratè ait, non plus de ſingulis hypoſtaſibus enunciari,

quàm animam de ſingulis ſuis potentiis & partibus. Nam in Deo repetitio nominis non in ea natura, quæ numeratur, ſed in ipſo tantum numero pluralitatẽ numeri inducit.i. Dei nomẽ ter repetitũ trinitatẽ perſonarũ, non tres Deos efficit.

Nec verò laudem conſequeris ex eo quod libro contra Seruetianos docuiſſe te memoras, vnitatem Eſſentiæ & minorem eſſe vnitatem numerali, & ab ea diſtingui. Nam illud eſt reuocare pudendos tuos errores in hominum memoriam, quos pridem ſepultos & obrutos oportuit. Sic male tuo honori, vetule & delire Philoſophe, conſulis, vt delicta iuuentutis atque adeo vniuerſæ tuæ ætatis probra, in animis hominum herere & perpetuari velis. Nihil enim poteras ſcripſiſſe flagitioſius, nihil

Pag. 527. 23. Blaſphe. in diuinis non eſſe vnitatẽ numeralem, quæ maior eſt vnitate eſſentiæ.

turpius, nihil Dei maieſtati & glorię contumelioſius. Sic enim aliam & aliam ſubſtantiam in perſonis collocas. Sic multas eſſentias numerales in diuinis conſtituis. Sic aliquid magis vnum quam Deus ipſe ſit, planè aſſeris, dum Deum duntaxat aſſeueras vnitate eſſentiali Vnum, quæ minor vnitate numerali exiſtat. Septimus Topicorum Ariſtotelis, vna de tribus tuis capellis, te eo perduxit, mentémq; vſque adeo abalienauit, vt non videris Eſſentiam diuinam non deſinere eſſe numeralem quandam vnitatem: quòd quamuis ſit communicabilis, non ſit tamen multiplicabilis. Ita enim communicatur pluribus, vt tamen non multiplicetur, vt nullo modo ſit re diuerſa, varia, differēs, multiplex. Quam enim obtinet Pater, eandem ipſiſſimam

planè & plenè ſibi reſeruatam, planè plenéque in Filium tranſtulit & cum Filio in Spiritũ ſanctum. Diobolaris profectò apud omnes iudicabitur philoſophia Vnitati numerabili opponere communicationem, non multiplicationem ſiue multitudinem. Quemadmodum mi philoſophe, (es enim docendus ſimilitudinibus, quando quidem rationes nil te afficiunt) quemadmodũ quantitatibus continuis magnum, paruum, maius, minus, æquale, inæquale iiſque ſimilia tribuuntur, ita ſanè de numero multum, paucum, par, impar, iiſque conſentanea enuntiantur. Communicatio autem pertinet ad Eſſentiam, quæ etiam ſi fuerit communicabilis, vel etiã actu & reipſa communicetur, tamẽ vere vna eſſe & dici nunquàm deſinet. Perſpi-

cio autem nunc, quorſum tam intrepidè inculcare ſoleas, perſonas differre numero, contra religionem & verecundiam Noſtrorum, nec velis eſſe contentus illa explicatione, quam adhibueram ad conciliandos Patres Græcos Latinis Theologis, Perſonas non differre numero, id eſt, re aliqua abſoluta numerabili, quemadmodum Philoſophi intelligunt. Qualis enim Pater, talis prorſum eſt Filius, talis Spiritus ſanctus. Verum numero diſtingui, id eſt, numerãdi ratione, ſecundum quam Pater negatur eſſe Filius aut ſanctus Spiritus, itémque Filius Pater &c. Nimirũ quoniam inter ſe differunt perſona & hypoſtaſi, ſeparatímque & per ſe conſtant. Tu cõtrà mordicùs, Porphyrianam & Philoſophicam acceptionem retines, proptereáque

vnitatem quandam numeralem abſolutam & ſubſtantialem, quæ ſit maior vnitate Eſſentiæ, contra vniuerſam Theologiam, Chriſtianámque pietatem introducere nō metuis. Mi Schegki, ſi hîc non Arrianizas, contra Seruetianos, nobis explicato, quid ſit Arrianizare. Fatere, quod res eſt, ſubſtantiam eandem numero tribus eſſe communem. Noli tergiuerſari, noli binas vnitates abſolutas introducere. Hic enim diſtinguere eſt Arrio ſuſcribere, Nicenæ Synodo nuntium remittere, à fidei norma deſciſcere.

Accedis ad aliud epithetum à me, imo verò à Chriſtianis, diuinæ Eſſentię attributum, a te etiam paulo ſuperius comprobatum, & nūc animo magnopere inſtabili refutatum. Nam quàm tibi conſtanter & conuenienter dicas, non laboras.

24. Blaſph. diuinā eſſentiam nō eſſe omnino indiuiduam. Pag. 525.

„ Non eſt enim (inquis) indiuidua
„ omnino, niſi limitate dicas, nempe
„ eſſentialiter. Siquidem realiter di-
„ uidua eſt in perſonas. Ergo non o-
„ mnino eſt indiuidua eſſentia, quia
„ Trinitas non eſſet, ſi nõ eſſent rea-
„ liter diſtinctæ perſonæ. Araſti, Gor
gia, aliena vitula. hoc argumentum non eſt è tuo ſenſu depromptum. Adeo es infelici ingenio, adeo infructuoſo & infertili, vt argumentum probabile formare nequeas, quod non ad verbum aliunde ſuffureris. Si ad ſuos dominos furtum retuliſſes, laudari poteras. Illud ad verbum habent in primum ſententiarum cuncti, Scholaſtici, à te repetũt, te ſacrilegii poſtulãt, præſertim cum ſequentẽ eorũ ſolutionẽ ſupprimas: quo impietatem imperitæ multitudini inſtilles atque infundas. Primam autem propoſitio-

nem vel extinguendo, vel distinguendo sóluunt. Nam impropria certè est locutio Essentiam diuidi in personas, ac nisi diuidendi vocabulum pro distinguendi notatione accipitur, etiã impia. Neque enim in diuinis personis sic est intelligenda diuisio, quasi aliquid commune diuidatur, cùm ipsa communis essentia prorsus indiuidua & insecabilis permaneat, cùm ipsa diuinitas penitus tota, non per segmenta vel partes communicetur, vt sileam, quod vulgus philosophorum ait, omne Diuiduum esse dissolubile & interitui obnoxium. Distinctio huic mysterio conuenit. Nam ita ante oculos res verè & actu distinctas subiicit, vt plenitudinem diuinitatis in quaque hypostasi inhabitare haud prohibeat. *Col. 1.* Præterea hæ voces non tribuuntur

Tho. 1. q. 40. 2. Cur non diuisio in diuinis, sed distinctio.

Essentiæ, sed personis. Ipsæ sunt personæ, quibus diuisio, vt tu sentis, vt ego, distinctio tribuitur & competit. Essentia neque diuiditur neq; distinguitur propriè, sed personę vel diuiduntur vel potius distingũtur. Est & alia diuisionis notatio ad quãtitatem & interuallum pertinẽs, quæ vocabulũ ab hoc mysterio arcet atque excludit. Personæ enim sunt distinctæ, non diuisæ, id est, disiunctæ, separatæ, distractæ. Secum enim sunt, in se mutuo manent, inseparabiliter commorantur, vt tres soles, qui se mutuo, ita complectuntur, vt vnus ab alio neque distet, neque sit seiunctus, etiam si distinctus maneat. Neque vero puta ista à nobis tractari subtilius & nimis scholasticè quasi acumen in rerum diuinarum explicatione nos plus æquo

Grego. Naza. li. de Vnitate Dei.

oblectet, quaſi vocabulorum nimis accuratas proprietates, ſignificationes, differẽtias aucupemur. Sed hæc eſt Apoſtolorum, & eorum qui proximè Apoſtolos ſunt ſecuti, doctrina, a qua vel latũ culmum recedendum minime arbitror, quod illos omnis noſtræ pietatis habeamus authores & principes, nec ſatis ſciamus qualibus verbis, oratione, ſermone diuina ſint enuncianda. Tertul. cõtra Praxeã. *Pag.146.*
Non tamen *diuiſione* alium Filium à Patre, ſed *diſtinctione*, quia non ſit idem Pater & Filius, vel modulo alius ab alio. Pater enim tota ſubſtantia eſt, Filius verò deriuatio totius & portio (ſic enim appellat emanationem.) Græci, qui ſubtilitate dicendi noſtris nunquam videri voluerunt inferiores, ad id repreſentandum, voces planè diuer-

ſas copulant. Subſtantiam Dei dicunt ἀμερίστως μερίζεσθαι inſecabiliter ſecari, ὡς τὴν φωνὴν ἐν τοῖς ἀκούουσι. Quemadmodum enim eadem vox diuiditur in iis, qui eam auribus percipiunt: ſic eadem ſubſtantia in tribus perſonis, quæ eam poſſident totam & indiuiduam & inſecabilem. Extat liber precationum Græcarum, qui inſcribitur ὀκτώηχος. In eo Metrophanes in quodam hymno, τὸν πατέρα (ait) καὶ υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· μίαν φύσιν, καὶ θεότητα, πίστει δοξαζόμενοι· μεριστὴν, ἀμεριστὸν ἕνα θεὸν, τῆς ἀοράτου καὶ ὁρωμένης τε κτίσεως. Patrem & Filium & Spiritum ſanctũ, vnã naturam & Deitatem fide glorificamus, diuiduam, indiuiduam, vnũ Deum viſibilis & inuiſibilis creaturæ. Quod exponitur paulò poſt in Cathiſmate. τριάδα τὴν σεπτὴν, καὶ ἀμέριστον φύσιν, προσώποις ἐν τρισὶ τεμνο-

μένην ἀτμήτως, καὶ μένουσαν ἀμέριστον, κατ' οὐσίαν θεότητος προσκυνήσωμεν οἱ γηγενεῖς μετὰ φόβου. Triadem venerandam & impartilem naturam tribus in personis diuiſam ſiue ſectam inſecabiliter, & manentem indiuiduam, ſecũdum eſſentiam diuinitatis, adoremus nos terræ Filii cum metu. Atque eo libro alibi, ἐπὶ τῆς γῆς ὡς ἐν οὐρανοῖς μονὰς καὶ τριὰς ἀμερίστως σε μερίζομεν, καὶ πόθῳ δοξάζομεν. Super terrã, vt in cælis ô Vnitas & Trinitas inſecabiliter te ſecamus & cupidè glorificamus. Denique ἰσοκλεῆ καὶ συμφυῆ τὴν τρισυπόστατον φύσιν ἀμερίστως καὶ διαιρετῶς, καὶ μοναρχικὴν τριάδα πάντες σε δοξολογοῦμεν.

Iſta cum ignorares, nõ magnopere admiror, ſi poſtea in erroribus numeraueris, quod ſanctiſſimè & orthodoxis conuenientiſſimè ſcripſeram, atque adeo docue- *Blaſphe. 25. totam eſſentiam diuinã non eſſe in qualibet perſona. Pag. 527.*

ram in quauis perſona totam eſſe diuinam eſſentiam. Nam quàm imbelle, quàm infirmum ſit tuum argumentum, ſi quidem tuum, quod apud omnes ſcholaſticos totidem apicibus formatur, ex illis
« antegreſſis apparet. Si tota(inquis)
« eſſentia diuinitatis ſit in Patre nul-
» la certè relinquetur diuinitatis pars
» Filio aut Spiritui ſancto. O egregium argumentum, O ſingularis ratiocinatio. Tota eſſentia humanitatis erat in Adamo, nulla igitur relinquitur humanitatis pars Schegkio. An non vides, non ſentis, non intelligis, philoſophe, te multis ſimilibus refelli. Lumen facis alteri faci communicatum ſéne exhaurit? An de ſua luce aliquid perdit? Minus ne lucet ſibi, quia ſeipſum impertiuit alteri? Doctor ſi plene ſuam ſcientiam transfundit

in di-

in diſcipulum, nonne totam ſuam ſcientiam transfundit, & totam nihilominus habet, retinet, conſeruat? Vox miſſa in aërem, per aures multorum audiẽtium ſparſa, nunquid tota eſt in ſingulis auditoribus? Nunquid tota à ſingulis plenè cuncta auſcultantibus percipitur? Theologi, præcipuè Græci his & eiuſmodi ſimilibus ſolent declarare ineffabilis natiuitatis filii Dei & ſtupendæ proceſſionis Spiritus ſancti arcanum, & exemplis à natura deliniatis, illuſtrare, Quod *Col. 1. et 2.*
Apoſtolus duobus locis repetiuit, In Chriſto plenitudo diuinitatis inhabitat. Neq; enim hac propoſitione deſignatur aliud, quàm quod tota & plena diuinitas in Filio exiſtit, quàm quod Filius Dei, totam, integram, plenam, perfectã, ipſiſſimam eandem ad numerum

Patris diuinitatem, ſiue diuinam eſſentiam naſcendo accepit, quemadmodum Spiritus ſanctus procedendo. Communicata enim eſt ſine multiplicatione, quemadmodum lux lucẽ (ſi licet diuinis Phyſica componere) fundit & tranſfundit in tedam citra ſui noxam, diminutionem, detrimẽtum. In eo verſari Eccleſiæ decreta, ſacro concilio Lateranenſi Oecumenico ſanciẽte, leges in iure canonico, ídque contra Ioachimum Abbatem, quicum in pluribus impietatibus & erroribus tete ſoles coniungere. Nos autem ſacro approbante concilio confitemur cum Petro, quòd vna quædam ſumma res eſt, incomprehenſibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter eſt Pater Filius & Spiritus ſanctus, tres ſimul perſonæ & ſigillatim earun-

cap. damnamus extra de ſumma Trinit. & fid. Cathol.

dem quælibet. Et ideo in Deo ſolummodo Trinitas eſt, non quaternitas, quia quælibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, Eſſentia ſeu natura diuina, quæ ſola eſt vniuerſorum principium. Et poſt, Pater enim ab æterno Filium generando ſuam ſubſtantiam ei dedit, quemadmodum ipſe teſtatur. Pater quod dedit mihi maius eſt omnibus. *Io.10.* Ac dici non poteſt, quod partem ſubſtãtiæ ſuæ illi dederit, & partem ipſe ſibi retinuerit, cum Patris ſubſtantia ſit indiuiſibilis, vt pote ſimplex omnino. Sed nec dici poteſt, quod Pater in Filium tranſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam Filio, vt non retinuerit ipſam ſibi. Alioqui deſiiſſet eſſe ſubſtantia. Pater ergo, quod ſine diminutione Filius naſcendo ſubſtantiam

Patris accepit, & ita Pater & Filius habent eandem ſubſtantiam, & ſic eadem res eſt Pater & Filius, nec non & Spiritus ſanctus ab vtroque procedens.

Quibus breuiſſimis dictatis quot vides tuas opiniones densè per totum hunc librum ſparſas damnari, quot Anathemati & execrationi ſubiici? Quantis diris deuoueri? & tu interim non expalleſcis? nec reſpicis ad tuos canos, quos ambigere non potes reſpectare ad ſepulchrum, vbi, iſtarum deuotionum vi, celeriter ſempiternis ſuppliciis mactabere. Redi ad ſanitatem, mi Philoſophe, hæc ſancta cohortatio, apud te non ſit vacua & inanis. Noſti è philoſophia, nedum doctrina Chriſtiana, quanta ſit animi dignitas, quanta præſtantia, cur eum cupis perditum, cur dignita-

tem tantam, tam præſtantem, vis æternis fœditatibus delere? Æternos cruciatus euadere non vales, niſi per Chriſtum Dei filium. Redi igitur in ipſius gratiam, eius maieſtatem confitere, agnoſce, prædica. Ne ei gloriam diuinitatis, quam cum Patre habet communem, eripe. Si ex hac vita decedis, vt mors imminet vniuerſis, potiſſimum ſenibus, qualem te eſſe audio, incides omnino in eius manum, quem vna numero eadémque Patris eſſentia indigniſſime ſpoliaſti. Obſecro, cogita, mi Schegki, cuius tum opem ſis imploraturus? Chriſtíne? At is non poterit nõ tibi eſſe iratiſſimus, quod coram hominibus eum negaueris poſſidere totam dei Patris ſubſtantiam. An ad Patrem confugies? Atqui ab eo eiúſque Eſſentia amantiſſimum & dilectiſsimũ Fi-

Es. lium, in quo ſibi placet, quem ſo-
Ro.3. lum conſtituit propitiatorium pro peccatis noſtris, auellere conatus es? An Spiritum ſanctum inuocabis. At is concordiſsimè viuit cum Patre & Filio, quos ſuæ originis habet auctores, nec huic poteſt eſſe placatus, cui cæteri duo indignantur. Interim vt reuertar ad cœptã diſputationem, non te illud effatum, *tota diuinitas eſt in Patre*, debet offendere. Nam eſt veriſsimum

cap.20. Primi ſent. 19. ff. d. diſtinc. 29. a.

& receptiſsimum apud Theologos, vt ex Auguſtini lib. 4. de Trinitate & ſimiliũ ſanctorũ teſtimoniis Theologi Scholaſtici oſtendunt. Ex eo per te potes intellige-

Io.4. re, quod Pater cum ſit Spiritus, ſpiritualis eſſentia, incorporea, & ſimplex natura per partes ſuam eſſentiam communicare nequit penitus, ſed vel totam dat & totam re-

tinet, vel nihil omnino dat, & qui cæteris generationẽ tribuit, manet ſterilis. Qui modus naturæ diuinæ eſt proprius atque conſentaneus. Nam dum communicatur neque tollitur penitus neque etiam imminuitur. Nunquid enim ſcientia & philoſophia, qua tu tibi videris præditus, tua cõmunicatione tollitur vel imminuitur? Nũquid lux, in pluribus radiis vel candela atteritur, minuitur, exhauritur, conſumitur? Quanto igitur minus diuina eſſentia. At res creatæ non poſſunt totam ſuam eſſentiam retinere, quin ea neceſſario carent, quam ſemel impertinerunt. Nam vel ſuã ſubſtantiam communicant κατὰ ῥεῦσιν ſicut homines, per ſeminis fluxũ, deſectionem & deciſionem. Vel κατ' ἀλλοίωσιν, per alterationem ſubſtantiæ, qualis eſt inſectorum ge-

Esa.65.

5. modi propagationis.

Socrat. li. 1. cap. 8.

Iuſt. Mart. in expoſ.

neratio. Vel κατὰ προβολὴν, per proiectionem à ſe & quaſi germinationẽ, quo modo è vitibus propagines, è radicibus arborum prodeunt ſurculi inter ſe & à radice diſtincti atque diſcreti. Vel κατὰ μερισμὸν, vt cũ res quæpiam in fruſta & partes diſpertitur, quem modum paulum à primo differentem, etiam Iuſtinus Philoſophus & Martyr appellat κατὰ τομὴν, alii etiam κατ' ἀποτομὴν, καὶ διαίρεσιν. Vel κατ' ἐρυγὴν, per quandam eructationem, qui modus eſt amplificatus ab Arrianis, in filii Dei contumeliam, quemadmodum & vos ſoletis contra eius vtramque ſanctiſsimam & puriſsimam natiuitatem fundere multa, quæ animum patinarium pietate omni exutum olent atque reſipiunt. Eſt infinities modeſtius, tẽperatius, verecundius, religioſius, loquendum

de rebus ſanctis, mi Schegki, maximè quia iſti omnes modi ab hoc myſterio infinitè abſunt, in quo ineffabiliter, ratione quadam arcana & incomprehenſa, de Patre, Filius & Spiritus procedunt per ſimplicem ſubſtantiæ communicationem. Qui proinde modus κατὰ κοινωνίαν ſimpliciter poteſt nominari & ſancto potius ſilentio, quàm ſophiſtica garrulitate profanáque diſputatione honorari. Nam quis ſatis poſsit enarrare quo pacto natura diuina non modo ſit tribus communis, verum etiam tota in ſingulis? Nam cum compoſitus nullo modo ſit Deus, omnino totus eſt in ſe, totus in Filio, &c.

Quod arcanũ Damaſcenus his verbis à te impugnatis & labefactatis, à Catholicis receptis & defenſis enuntiat. Confitemur deita- *Dam. lib.3. cap.6.*

tis naturam totam perfectè esse in vnaquaque suarum hypostaseon, totam in Patre, totam in Filio, totam in Spiritu sancto. Ideóque perfectus Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfectus Deus Spiritus sanctus, Græca, si desideras, habent. οὕτω τοίνυν ὁμολογοῦμεν τὴν τῆς θειότητος φύσιν, πᾶσαν τελείως εἶναι ἐν ἑκάστῃ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, πᾶσαν ἐν πατρὶ, πᾶσαν ἐν υἱῷ, πᾶσαν ἐν ἁγίῳ πνεύματι. διὸ καὶ τέλειος θεὸς ὁ πατὴρ, τέλειος θεὸς ὁ υἱὸς, τέλειος θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

26. Blasphe. Trinitatem esse priorem & notiorē nobis vnitate essentiæ. Pag. 531.

Cum postea destituereris producendi libri argumento, nec haberes materiam, in qua tuam loquacitatem Sophisticam cōsumeres, proponis quæstionem à nostra disputatione alienissimam, nihil cum ea commune, nihil affine habentem, quam multis paginis vix absoluis & explicas. Et ita expli-

cas, vt conclusione nihil possit fingi imperitius, nihil falsius, nihil a religione abhorrentius. Nam quid facit ad nostram contentionem, quod quærendum hoc loco memoras, prior ne multitudo personarum reipsa discrepãtium, an vero earũdem essentialis vnitas? Præterea quam ridicula imo vero à puritate religionis aliena conclusio, Pag. 538.
" Prius Pater, Filius & Spiritus san-
" ctus, realiter discrepantes esse in-
" telliguntur, quam essentiale ali-
" quid vnum esse percipiantur: cum
" prior & notior sit Trinitas, quàm
" Vnitas, vt supra est demõstratum.
Quin etiam tribus post paginis, nos in eius contemplatione retines, & repetis, priorem Trinitatem esse Vnitate, ne tanta ineptia ex hominum mentibus elabatur. Nescio an dum ista scriberes, risum potue- Pag. 541.

ris continere, non videris non niſi iocandi cauſa iſtiuſmodi verba potuiſſe efferri. Non tibi fortaſſe veniebat in mentem vnitatem principium eſſe omnis numeri, ac prius aliquid vnum concipi, quàm multa. Et Pythagoricos, apud Plutarchum collegiſſe vnum Deum rerum eſſe principiũ, Non tria, quòd Dei Symbolum eſſet vnitas apud veteres Theologos, & ſacerdotes. Præterea ignorabas vnũ eſſe Deũ, natura cognoſci. Illum verò vſque ad tertiam ſubſiſtentiam progredi, ampliori egere lumine. Nempe illud eſt quod Apoſtolus aſſeuerat, huius mundi ſapientibus, per rerum procreatarum contemplationẽ, ſempiternam Dei virtutem atque diuinitatẽ innotuiſſe, quod haud ſcio, an quis illud de diſtincta trium diuinitatis hypoſtaſeon no-

Plutar. de Plac. lib. 1.

Damaſ. li. 1. de Orthod.

Ro. 1.

titia rectè possit interpretari: Cum diuinitas, siue vt Græcus contextus habet, θειότης, vnica Dei essentia, non personarum Trinitate definiatur, Cum Philosophi vnicum diuinitatis indiuiduum, quemadmodum hodie etiam Iudæi & Mahometani, Dei vocabulo intelligant: Cum denique Cicero, naturali totius humani generis voce, nullam gentem tam barbaram, tam feram, tam immanem esse commemoret, quæ etiam si nesciat qualem Deũ habere debeat, tamen habendum sciat. Ante te nemo, quod sciam, docuit Trinitatem esse notiorem Dei vnitate. Tu primus hoc excitasti paradoxum, Deum prius cognosci Trinum, quàm vnũ, Quod quam absurdè sit propositum, considera. Nobis quidem naturaliter vtcunque cognitum est, vt ex Phi-

Cic.1.de Natur.

losophorum disputationibus, ex poëtarum assertionibus, è religionum commentariis, è legum sanctionibus patet, vnum esse primũ motorem, primam causam, primũ efficiens, vnum summum Deum, vnum summũ opificem, vnũ extremum bonum, vnam infinitã mentem, & si quod aliud vocabulum, quo illi præstantem diuinámque naturam circũscripserunt. At Deũ illum esse Trinum per fidem duntaxat & lumen natura superius innotuit. Filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit, exclamat cælestis illa aquila, postquam mysterium de Deo & verbo Dei, sublimi suo volatu, mortalibus humi repentibus & vix humilia & terrena intuentibus patefecisset. Et certè quis ante Christum apertè, distinctè, intelli-
Mat.28. genter nomen Patris, Filii, & Spiri-

tus ſancti, quibus ter ſancta hæc Trias abſoluitur, expreſſit, ad rerũ omnium inter ſe æqualitatem retulit, propriè & ordine perſonas diſtinxit? Alibi docui Philoſophos tantum nubilè & vmbraticè de his fuiſſe philoſophatos. Veteres Hebræi quidem, vt & hodie Caballici, nonnulla ſemina cæleſtis iſtius doctrinæ ſeminarunt, ſed ita obſcurè, vt Filium nominatim aut nõ enuntiauerint, aut ſi enuntiauerũt, aliam vocabuli notationem, quàm propriam, poſteris cogitandam reliquerint. Sed & verbum Dei increatum, quod ſolent exprimere, non per omnia conuenit cum doctrina Euangelica de λόγῳ. Vt neque Spiritus ille Dei Sanctus & principalis, de quo plurima alioqui, eáque ſanctiſſima proferunt, ſatis perſpicuè hypoſtaſim exhi-

bet. Platonici nunc Sabellium ęmulantur cum λόγον & ideam Patris, tanquam notionem, cogitationẽ, intelligentiam Dei accipiunt, nunc Arrio ſuffragantur, quãdo λόγον nimis externum Patri faciunt, & ita extra eum collocant, vt & ſubſtantia numerabili differat, & æqualitate diſcrepet. Itáque cum Filii gloria & diuinitas non multis hominibus patuerit, verum perpaucis omnino prophetis, non eſt probabile Spiritũ paſſim ab omnibus fuiſſe agnitum. Argumentum eſt Nazanzeni, his verſibus decantatum, quod tua philoſophia nunquam poterit diſſoluere.

Greg. Naza. carm. de Spiritu ſancto.

εἰ δὲ γυμνὴν ποθέεις φωνὴν θεότητος ἐραννῆς,
ἴςω μὴ πινυτὸν ποθέων λόγον. οὐ γὰρ ἐώκει,
μήπω τῆς χριστοῖο βροτῶν πλεόνεσσι φανείσης,

ἄχθος

ἄχθος ἄγειν κραδίῃσιν ἀφαυροτάτοισιν
ἄπιστον.

οὐδὲ γὰρ ἀρχεμάθοισι τελειοτέροιο λόγοιο
χῶρος. &c.

Denique myſterium Trinitatis ita obſcurè eſt non dico enuntiatum, ſed delineatum ab omni generis ſapientibus ante Chriſti ſalutarem aduẽtum, vt dictu ſit nefas, Trinitatem priorem & notiorem eſſe quàm Vnitatem. Nam ante Chriſtum Iudæi citra controuerſiam, Philoſophi diuiniores, reliqui ſapientes Deum vnum agnouerunt, confeſſi ſunt, & poſteris commendarunt: de Deo trino penitus tacuerunt, vel nihil certò & explicatè tradiderunt. Vnde & qui eos ſecuti ſunt, ſi quidem myſteriis Chriſtianis minime fuerint imbuti, quemadmodum Iudæi & Turcæ, Deum ſolitarium etiamnum ho-

dic prædicant. Solus Schegkius prius & clarius nouit Trinitatem quàm Dei Vnitatem, nam reliqui omnes homines & populi Vnitatem Dei quaſi naturali lumini conſentientem probant. Trinitatem nulli, niſi quos dominus fide & ſpiritu ſuo imbuit. Hinc illud Auguſtini laudatur, Deum eſſe multis notum eſt: ſed quod Pater ſit, & Filium habeat, paucis. Percontare Philoſophos & Poëtas, & cum ex ſuo ſenſu, nō vulgi opinione, teſtimonium dicent, perhibebunt,

Ariſto. lib. 11 Met. ex Homero.

Multos induperare malum eſt, rex vnicus eſto.

Plut. c. de Deo l. 1. de Placitis.

Reſpondeant Pagani ſapientes & affirmabunt Deos quidem fabulares itémq; ciuiles eſſe plurimos, at naturalem vnicum. Sententiam dicant Mahometani, & vociferabuntur natura eſſe cognitam Dei cæli

& terræ procreatoris vnitatem, ad quam in mundo ſtabiliendam, deſtructa contraria doctrina, miſſus ſit cum fuſtibus & armis Mahometes. Interroga Iudæos, & hi ſe ſanctæ huius doctrinæ auctores, principes, capſarios eſſe gloriabuntur, hanc eſſe legis ſuæ ſummam iactitabunt. Quantum ad Chriſtianos, nos primum docemur vniuerſè credere in vnum Deum, deinde diſtinctè in Patrem, in Filium eius vnicum, in Spiritum ſanctum ab vtroque procedentem. Ea enim methodo, eo ordine Symbolum Chriſtianum progreditur. Suprà tuam pietatem, charitatem, fidem zelum ſum obteſtatus, vt ſeneſcēti mundo nouum Symbolum conderes, quandoquidem in vſitato tam multa habes emendanda. Age, opus accelera, quoniam etiam ſi-

in Symbolo Apoſt.

ne ordine, imo præpoſtere, tuo iudicio, vetus illud progreditur. Sic inſanis Gorgia, vt tui me ſumma capiat miſeratio. Capularem Philoſophum, Silicernium ſophiſtam tam profanè de religione ludere, tam impudenter & illotè de Deo opt. max. iocari, in cuius horrendas manus mox debeat incidere & ſuæ temeritatis, audaciæ, furoris rationem reddere. Sed forſan, dum iſta inſipiẽter aſſeuerares, tua mens longiſſime reſpiciebat ſocios hæreticos, qui myſteria, vulgaria, trita, omnibus clara eſſe contendunt, adeò vt animi adiectionem atque attentionem ſufficere velint ad ſublimia quæque comprehendenda, nihil aut minimũ cæleſti gratiæ & lumini tribuentes. Adeo profanant omnia, vt etiam imperitæ multitudini præcipuarũ fidei & Theo-

logiæ difficultatum iudicium & arbitrium deferre non vereantur.

Sycophātia Schegkÿ vel delirium. Pag. 534.

Non debeo refutare, quod de diſcrimine ἀλλότητος & ἀλλοιότητος ſubtiliter tibi videris diſſerere, nam vt ἀλλοιότης ſignificet differentiam perſonalem ἀλλότης autem diſcrepantiam eſſentialem, quid iſtud ad me, qui ſimpliciter aſſerui, Perſonas omnino eſſe pares, ita vt reiicere omnem ἀλλότητα oporteat, quæ naturę importet alienationem, differentiam, diſſimilitudinem: Sic enim legitur in meo exemplari Lutetiæ primùm excuſſo typis Petri Lollii. Dū ergo legis ἀλλοιότητα, ac in ea voce vim facis tantam, vt proinde vanè & inaniter duas aut tres paginas conſumas ad eam repudiandam & explodendam, vitium videtur delirantis tuæ ſenectutis, quæ perſpicilla ſua pręposterè col-

Iust. Mart. in expos. neratio. Vel κατὰ προβολὴν, per proie-ctionem à se & quasi germinatio-né, quo modo è vitibus propagi-nès, è radicibus arborum prodeunt surculi inter se & à radice distincti atque discreti. Vel κατὰ μερισμὸν, vt cũ res quæpiam in frusta & partes di-spertitur, quem modum paulum à primo differentem, etiam Iustinus Philosophus & Martyr appellat κατὰ τομὴν, alii etiam κατ᾽ ἀποτομὴν, καὶ διαίρεσιν. Vel κατ᾽ ἐρυγὴν, per quandam eructationem, qui modus est am-plificatus ab Arrianis, in filii Dei contumeliam, quemadmodum & vos soletis contra eius vtramque sanctissimam & purissimam nati-uitatem fundere multa, quæ ani-mum patinarium pietate omni exutum olent atque resipiunt. Est infinities modestius, tẽperatius, ve-recundius, religiosius, loquendum

de rebus ſanctis, mi Schegki, maximè quia iſti omnes modi ab hoc myſterio infinitè abſunt, in quo ineffabiliter, ratione quadam arcana & incomprehenſa, de Patre, Filius & Spiritus procedunt per ſimplicem ſubſtantiæ communicationem. Qui proinde modus κατ' κοινωνίαν ſimpliciter poteſt nominari & ſancto potius ſilentio, quàm ſophiſtica garrulitate profanáque diſputatione honorari. Nam quis ſatis poſsit enarrare quo pacto natura diuina non modo ſit tribus communis, verum etiam tota in ſingulis? Nam cum compoſitus nullo modo ſit Deus, omnino totus eſt in ſe, totus in Filio, &c.

Quod arcanũ Damaſcenus his verbis à te impugnatis & labefactatis, à Catholicis receptis & defenſis enuntiat. Confitemur deita- *Dam. lib.3. cap.6.*

tis naturam totam perfectè esse in vnaquaque suarum hypostaseon, totam in Patre, totam in Filio, totam in Spiritu sancto. Ideóque perfectus Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfectus Deus Spiritus sanctus, Græca, si desideras, habent. οὕτω τοίνυν ὁμολογοῦμεν τὴν τῆς θειότητος φύσιν, πᾶσαν τελείως εἶναι ἐν ἑκάστῃ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, πᾶσαν ἐν πατρὶ, πᾶσαν ἐν υἱῷ, πᾶσαν ἐν ἁγίῳ πνεύματι. διὸ καὶ τέλειος θεὸς ὁ πατὴρ, τέλειος θεὸς ὁ υἱὸς, τέλειος θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

26. Blasphe. Trinitatem esse priorem & notiorẽ nobis vnitate essentia. Pag. 531.

Cum postea destituereris producendi libri argumento, nec haberes materiam, in qua tuam loquacitatem Sophisticam cõsumeres, proponis quæstionem à nostra disputatione alienissimam, nihil cum ea commune, nihil affine habentem, quam multis paginis vix absoluis & explicas. Et ita expli-

cas, vt conclusione nihil poſsit fingi imperitius, nihil falſius, nihil a religione abhorrentius. Nam quid facit ad noſtram contentionem, quod quærendum hoc loco memoras, prior ne multitudo perſonarum reipſa diſcrepãtium, an vero earũdem eſſentialis vnitas? Præterea quam ridicula imo vero à puritate religionis aliena concluſio, Pag. 538.
" Prius Pater, Filius & Spiritus ſan-
" ctus, realiter diſcrepantes eſſe in-
" telliguntur, quam eſſentiale ali-
" quid vnum eſſe percipiantur: cum
" prior & notior ſit Trinitas, quàm
" Vnitas, vt ſupra eſt demõſtratum.
Quin etiam tribus poſt paginis, nos in eius contemplatione retines, & repetis, priorem Trinitatem eſſe Vnitate, ne tanta ineptia ex hominum mentibus elabatur. Neſcio an dum iſta ſcriberes, riſum potue- Pag. 541.

ris continere, non videris non nisi iocandi causa istiusmodi verba potuisse efferri. Non tibi fortasse veniebat in mentem vnitatem principium esse omnis numeri, ac prius aliquid vnum concipi, quàm multa. Et Pythagoricos, apud Plutarchum collegisse vnum Deum rerum esse principiũ, Non tria, quòd Dei Symbolum esset vnitas apud veteres Theologos, & sacerdotes. Præterea ignorabas vnũ esse Deũ, natura cognosci. Illum verò vsque ad tertiam subsistentiam progredi, ampliori egere lumine. Nempe illud est quod Apostolus asseuerat, huius mundi sapientibus, per rerum procreatarum contemplationẽ, sempiternam Dei virtutem atque diuinitatẽ innotuisse, quod haud scio, an quis illud de distincta trium diuinitatis hypostaseon no-

Plutar. de plac. lib. 1.

Damasc. li. 1. de Orthod.

Ro. 1.

titia rectè poſſit interpretari: Cum diuinitas, ſiue vt Græcus contextus habet, θειότης, vnica Dei eſſentia, non perſonarum Trinitate definiatur, Cum Philoſophi vnicum diuinitatis indiuiduum, quemadmodum hodie etiam Iudæi & Mahometani, Dei vocabulo intelligant: Cum denique Cicero, naturali totius humani generis voce, nullam gentem tam barbaram, tam feram, tam immanem eſſe commemoret, quæ etiam ſi neſciat qualem Deũ habere debeat, tamen habendum ſciat. *Cic. 1. de Natur.* Ante te nemo, quod ſciam, docuit Trinitatem eſſe notiorem Dei vnitate. Tu primus hoc excitaſti paradoxum, Deum prius cognoſci Trinum, quàm vnũ, Quod quam abſurdè ſit propoſitum, conſidera. Nobis quidem naturaliter vtcunque cognitum eſt, vt ex Phi-

losophorum disputationibus, ex poëtarum assertionibus, è religionum commentariis, è legum sanctionibus patet, vnum esse primũ motorem, primam causam, primũ efficiens, vnum summum Deum, vnum summũ opificem, vnũ extremum bonum, vnam infinitã mentem, & si quod aliud vocabulum, quo illi præstantem diuinámque naturam circũscripserunt. At Deũ illum esse Trinum per fidem duntaxat & lumen natura superius innotuit. Filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit, exclamat cælestis illa aquila, postquam mysterium de Deo & verbo Dei, sublimi suo volatu, mortalibus humi repentibus & vix humilia & terrena intuentibus patefecisset. Et certè quis ante Christum apertè, distinctè, intelli-
Mat.28. genter nomen Patris, Filii, & Spiri-

tus ſancti, quibus ter ſancta hæc Trias abſoluitur, expreſſit; ad rerũ omnium inter ſe æqualitatem retulit, propriè & ordine perſonas diſtinxit? Alibi docui Philoſophos tantum nubilè & vmbraticè de his fuiſſe philoſophatos. Veteres Hebræi quidem, vt & hodie Caballici, nonnulla ſemina cæleſtis iſtius doctrinæ ſeminarunt, ſed ita obſcurè, vt Filium nominatim aut nõ enuntiauerint, aut ſi enuntiauerũt, aliam vocabuli notationem, quàm propriam, poſteris cogitandam reliquerint. Sed & verbum Dei increatum, quod ſolent exprimere, non per omnia conuenit cum doctrina Euangelica de λόγῳ. Vt neque Spiritus ille Dei Sanctus & principalis, de quo plurima alioqui, eáque ſanctiſſima proferunt, ſatis perſpicuè hypoſtaſim exhi-

bet. Platonici nunc Sabellium ęmulantur cum λόγον & ideam Patris, tanquam notionem, cogitationẽ, intelligentiam Dei accipiunt, nunc Arrio ſuffragantur, quãdo λόγον nimis externum Patri faciunt, & ita extra eum collocant, vt & ſubſtantia numerabili differat, & æqualitate diſcrepet. Itáque cum Filii gloria & diuinitas non multis hominibus patuerit, verum perpaucis omnino prophetis, non eſt probabile Spiritũ paſſim ab omnibus fuiſſe agnitum. Argumentum eſt Nazanzeni, his verſibus decantatum, quod tua philoſophia nunquam poterit diſſoluere.

Greg. Naza. carm. de Spiritu ſancto.

εἰ δὲ γυμνὴν ποθέει φωνὴν θεότητος ἐραν-
νῆς,
ἴστω μὴ πινυτὸν ποθέων λόγον. οὐ γὰρ ἐῴκει,
μήπω τῆς Χριστοῖο βροτῶν πλεόνεσσι φα-
νείσης,

ἄχθος

ἄχθος ἄγειν κραδίῃσιν ἀφαυροτάτοισιν ἄπιστον.

οὐδὲ γὰρ ἀρχομένοισι τελειοτέροιο λόγοιο χωρός. &c.

Denique myſterium Trinitatis ita obſcurè eſt non dico enuntiatum, ſed delineatum ab omni generis ſapientibus ante Chriſti ſalutarem aduẽtum, vt dictu ſit nefas, Trinitatem priorem & notiorem eſſe quàm Vnitatem. Nam ante Chriſtum Iudæi citra controuerſiam, Philoſophi diuiniores, reliqui ſapientes Deum vnum agnouerunt, confeſſi ſunt, & poſteris commendarunt: de Deo trino penitus tacuerunt, vel nihil certò & explicatè tradiderunt. Vnde & qui eos ſecuti ſunt, ſi quidem myſteriis Chriſtianis minime fuerint imbuti, quemadmodum Iudæi & Turcæ, Deum ſolitarium etiamnum ho-

die prædicant. Solus Schegkius prius & clarius nouit Trinitatem quàm Dei Vnitatem, nam reliqui omnes homines & populi Vnitatem Dei quaſi naturali lumini conſentientem probant. Trinitatem nulli, niſi quos dominus fide & ſpiritu ſuo imbuit. Hinc illud Auguſtini laudatur, Deum eſſe multis notum eſt: ſed quod Pater ſit, & Filium habeat, paucis. Percontare Philoſophos & Poëtas, & cum ex ſuo ſenſu, nõ vulgi opinione, teſtimonium dicent, perhibebunt,

Ariſto. lib. 11. Met. ex Homero. Plut. c. de Deo li. 1. de Placitis.

Multos induperare malum eſt, rex vnicus eſto.

Reſpondeant Pagani ſapientes & affirmabunt Deos quidem fabulares itémq; ciuiles eſſe plurimos, at naturalem vnicum. Sententiam dicant Mahometani, & vociferabuntur natura eſſe cognitam Dei cæli

& terræ procreatoris vnitatem, ad quam in mundo ſtabiliendam, deſtructa contraria doctrina, miſſus ſit cum fuſtibus & armis Mahometes. Interroga Iudæos, & hi ſe ſanctæ huius doctrinæ auctores, principes, capſarios eſſe gloriabuntur, hanc eſſe legis ſuæ ſummam iactitabunt. Quantum ad Chriſtianos, nos primum docemur vniuerſè credere in vnum Deum, deinde diſtinctè in Patrem, in Filium eius vnicum, in Spiritum ſanctum ab vtroque procedentem. Ea enim methodo, eo ordine Symbolum Chriſtianum progreditur. Suprà tuam pietatem, charitatem, fidem zelum ſum obteſtatus, vt ſeneſcēti mundo nouum Symbolum conderes, quandoquidem in vſitato tam multa habes emendanda. Age, opus accelera, quoniam etiam ſi-

in Symbolo Apoſt.

ne ordine, imo præpoſtere, tuo iudicio, vetus illud progreditur. Sic inſanis Gorgia, vt tui me ſumma capiat miſeratio. Capularem Philoſophum, Silicernium ſophiſtam tam profanè de religione ludere, tam impudenter & illotè de Deo opt. max. iocari, in cuius horrendas manus mox debeat incidere & ſuæ temeritatis, audaciæ, furoris rationem reddere. Sed forſan, dum iſta inſipiẽter aſſeuerares, tua mens longiſſime reſpiciebat ſocios hæreticos, qui myſteria, vulgaria, trita, omnibus clara eſſe contendunt, adeò vt animi adiectionem atque attentionem ſufficere velint ad ſublimia quæque comprehendenda, nihil aut minimũ cæleſti gratiæ & lumini tribuentes. Adeo profanant omnia, vt etiam imperitæ multitudini præcipuarũ fidei & Theo-

logiæ difficultatum iudicium & arbitrium deferre non vereantur.

Non debeo refutare, quod de discrimine ἀλλότητος & ἀλλοιότητος subtiliter tibi videris differere, nam vt ἀλλοιότης significet differentiam personalem ἀλλότης autem discrepantiam essentialem, quid istud ad me, qui simpliciter asserui, Personas omnino esse pares, ita vt reiicere omnem ἀλλότητα oporteat, quæ naturę importet alienationem, differentiam, dissimilitudinem: Sic enim legitur in meo exemplari Lutetiæ primùm excusso typis Petri Lollii. Dũ ergo legis ἀλλοιότητα, ac in ea voce vim facis tantam, vt proinde vanè & inaniter duas aut tres paginas consumas ad eam repudiandam & explodendam, vitium videtur delirantis tuæ senectutis, quæ perspicilla sua pręposterè col-

Sycophãtia Schegkij veldeliriũ.
Pag. 534.

locarit, aut illæ ſunt rerum ſpecies, quæ Pentheo & Agauæ accidere ſolebant, propter cerebrum prauè affectũ, aut ægri certe ſomnia, qui propter morbum videre ſe putat, quæ nuſquam exiſtunt. Forſan etiã incidiſti in aliud exẽplum. Audio enim ſemel atque iterũ meos illos tres libros in Germania fuiſſe typis expreſſos, ꝙ ad refellẽdos Trinitarios tuis multo eſſent efficaciores. De tuis quippe ſolet illud vſurpari.

Quis leget hæc cedo, Schegki. nemo hercule, nemo,
vel duo vel nemo.
Cur tot ſcripta facis ſcombros metuentia vel thus.

Quocirca non ſolent bis imprimi, cum etiam maiorem partem primorũ exemplorũ cetariis, aromatariis, Zonariis deſtinare oporteat.

Præterea non debueras ob eam

vocem vſque adeò, bilioſe Philoſophe, excandeſcere. Nam etiam ſi traderem perſonarum nullam eſſe ἀλλοιότητα, verius equidem dicere, quàm ipſe ſcribas, Patris eſſentiam non eſſe Filii eſſentiam, quaſi diuina eſſentia, dum communicatur, multiplicetur, & alia atque alia ſiue fiat ſiue exiſtat. Mihi crede Schegki, imo verò Catholicis Papatus doctrinam de Deo recipientibus, quam Beza & Tigurini laudant & apud Trinitarios recipere ſe gloriãtur, Patris Eſſentiam ipſiſſimam eſſe Eſſentiam Filii, quoniã Pater non aliam communicauit & tribuit Filio, pręter eã, quã ipſe poſſidebat. Alioqui enim trãſeundum eſſet ad Arrianorũ & Trinitariorũ caſtra, qui ex illa Eſſentiarũ diuerſitate tres Deos partim pares, partim impares colligunt. Vt autem

redeam ad tuam confictam ἀλλοιό-
τητα, non videris benè institutus li-
teris Græcis. Nam ἀλλοιότης perso-
nalem differentiam non significat,
sed potius qualitatis diuersitatem,
vnde & ἀλλοίωσιν & ἀλλιοῦσθαι Aristo
teles qualitatibus attribuit. Cum
ergo qualitatibus non differant di-
uinæ personæ (per metaphoram
Aug. enim Qualitatis nomen transfer-
tur ad diuina) sed sint planè simi-
les, æquè bonæ, potentes, perfectæ,
an non illarum nulla erit ἀλλοιότης,
id est, qualitatum, perfectionum,
proprietatum absolutarum nulla
diuersitas, varietas, differentia? De-
inceps quando contra me voles de
Græcis vel Hebraicis decertare,
consulo cautè id facias & diligen-
tius operam cum tuis condiscipu-
lis vel doctoribus, vel lexicis com-
munices. Nam mihi in eo etiam

eruditionis genere nō facile hæreticus imponet neque ludificabit.

Me prætèrea docere vis, indocte discipule, quo pacto loqui debeam de parilitate vel æqualitate personarum. Non fers æquo animo paris & æqualis vocabulum in hoc mysterio, nec probas quòd scripserim Personas simpliciter ipsa essentia esse pares. Credo sanè. Sed subticuisti causas, quas fers animo. Ego eas exprimam & tuam mentem interpretabor, quantum eam colligere potui ex hoc & aliis tuis scriptis. Sabelliani, quorum te patronum cōstituis, etsi neges verbo, Personam duntaxat vnam dicunt Essentia, vt vnicam hypostasim retinendam indicēt: Non item personas Essentia pares vel æquales, quòd distinctionem, numerum & multitudinem hypostaseon non

Pag. 536. 28. Blasphe. Personas nō esse pares Essentia.

recipiant. Nos Catholici vtrunque dicimus Perſonas eſſe vnas eſſentia, vel potius vnã Eſſentiam, ſiue vnius eſſentiæ: quando non alia eſt Eſſentia vnius, alia alterius, ſed eadem omnino & ad numerum. Rurſum eſſe eſſentia pares vel æquales, quia illarum vnitas eſt hypoſtaticè diſtincta, non vnita, non coniuncta, non cõtracta, citra ϛυναλοιφὴν, ϛυνάιρεσιν & ſimilia, in vnum ſubiectum hanc ſanctam & indiuiduam vnitatem compingentia atque copulantia. Si ambigis conſule Epiphanium, lege Cæſariũ. Euolue Græcos tractantes de diſcrimine ϛυνουσίου & ὁμοουσίου. Illud conſubſtantiale quidem ſonat, at iſtud etiã æqueſſentiale, quod proinde tradunt eſſe ſcitè de Tribus hypoſtaſibus enuntiatum à ad diſſoluendã Sabellii vim. Non enim (inquiunt)

Epiph. her. 74. et 79. Cæſar. in quæſtio.

homuſii vox vnam hypoſtaſim includit, ſed tres Eſſentia æquas ſiue pares deſignat, cum ζωάσιον Spiritum ſanctum & Filium confundat & miſceat cum Patre & Trinitatem in prodigioſam vnitatem reſoluat. Cuius cauſa idem Epiphanius, Trinitatem negat eſſe vnitatem, ſed potius ſimilitudinem & æqualitatem. Et Syri in ſuo Symbolo pro conſubſtantiali appellãt Filium שוא באוסיא parem eſſentia Patri ſuo. Præterea ſic loquitur Auguſtinus, qui contra Maximinum Perſonas non natura diſpares, ſed pares eſſe contendit. Et maiores noſtri, vt liquet paſſim è Gregorio Turonẽſi ante mille annos, Catholicorum cõtrouerſiam cum Arrianis de æqualitate ſubſtantiæ appellabant, vt Græci de conſubſtantialitate. Vnum duntaxat lo-

Epiph. her. 73.

lib. 4. cap. 10.

cum afferam, quo id manifestè appareat, & intelligatur Catholicos illius temporis vertiſſe Græcorum ὁμοουσιότητα æqualitatem ſubſtantiæ, & vt alicubi loquitur Auguſtinus, parilitatem. In præfatione libri de hiſtoria Francorum tertii ſic ille narrat. Nos verò vnum atque inuiſibilem, immenſum, incomprehenſibilem, inclitum, perennem dominum confitemur: Vnum in Trinitate, propter perſonarum numerum, id eſt, Patrem, Filium & Spiritum ſanctum: Trinum in vnitate *propter æqualitatem ſubſtantiæ*, deitatis, omnipotentiæ, vel virtutis, qui eſt vnus, ſummus, omnipotens Deus in ſecula ſempiterna regnãs. Ratio, qua iſtud infirmas, eſt valdè infirma. Primo quia Par & æquale etiam inferũt vnitatem eſſentiæ teſtante Hieron. Sæuiſſima, inquit,

Hier. in 28. Ezech.

hæresis est, quæ in Christo tantum Patris similitudinem cōfitetur, aufert naturam. Nos in Filio non solum similitudinem dicimus, sed æqualitatem. Vnde ille se æqualem faciebat Deo. Vbi autem æqualitas, ibi eadem natura, vnaque substantia. Audis par & æquale etiam pertinere ad substantiam. Deinde, vt propriè æquale & par dicantur respectu proprietatum & attributorum Essentiæ, sicque personæ sint pares bonitate, sapientia, potentia, reliquisque omnibus, quę de Deo solent enuntiari, tamen quia hæc in Deo non dicunt accidens siue qualitatem accidentariā, sed substantiam, personæ his attributionibus pares vel æquales dici non possunt, quin similiter Essentia pares & æquales tum intelligantur, tum dicantur. Denique non

alia de causa videris hanc Catholicam propositionem reprehendere, *Personæ sunt essentia pares*, quàm quia Sabellianum spectrum fers in animo & vnicam hypostasim siue suppositum & quasi subiectum in diuinis concipis. Nos cõtra ad declinandam Sabellii Charibdum vitamus ambiguitatem sermonis & variis locutionibus doctrinam Catholicam exprimimus, nuncque Personas consubstantiales, nũc æquisubstãtiales appellamus: modo eas vnius essentiæ esse dicimus, modo paris Essentiæ, modo vnã Essentiam & vnum Essentia, modo Essentia æquales, æquas, pares. Nec id facimus sine maiorum exemplo, vt enim audis. sic sæpissime loquuntur, & pluribus doceberis, si paulũ iubeas Auerroẽ secedere, & Theologorum libros in manum sumas.

Recte autem supra, te animal ex omnibus hæreticorum monstris conflatum salutabam, quoniam omnium ferè errores vis ab inferis excitare & tuos efficere. Quorsum post Sabelliũ, Trinitarios, Arriũ, nũc declinas ad Apollinarium? Me reprehendo, quæro quod habeo. Arrius ad illam suam vesaniam de filii Dei à Patre diuersa discrepantéque substantia, adiecit errorem contra sanctam & maculatam Domini nostri corporationem, docuítque humanam eius naturam ab ipsius diuinitate fuisse informatam atque perfectam. Tu vt illum per omnia adæques, simulátque multa blasphemasti contra eius vnicam, numero eãdem cum Patre substantiam, etiam ista effutis. Sic autem dictum Pauli, quo Christũ in forma Dei fuisse scribit, nos ex-

28. Blasph. Filij Dei diuinitatem fuisse tanquam formam humanæ ipsius naturæ & quasi humanitas nõ habuerit propriã formã Animã ipsam more reliquorum hominum.

Pag. 537.

Phil. 2. ponimus. Cum in Christo homine
" seu humanitate ipsius tãquàm for-
" ma & perfectio inesset diuinitas τȣ
" λόγου & in ipsius humana natura for
" maliter quasi, propter vnionem
" personalem (& vt Paulus loquitur
" corporaliter inhabitaret diuinitas
" filii Dei) eam Philosophicè à Pau-
" lo admodum dictam fuisse μορφὴν
" censemus. τὸ εἶδος enim quatenus est
" in aliquo, Grçci vocant μορφὴν, non
" quoad seipso subsistit. Interpreta-
" tio autem Magistri Nostri talis est,
" vt λόγος sit ĩ forma Dei, id est, Deus,
" vt Paulus appellet formam Dei di-
" uinam Essentiam &c. Si hæc me-
cum dignaris expendere Schegki,
non dubito quin sis admiraturus,
quo pacto tam paucis verbis, tot
tantáque absurda comprehendere
potueris. Te ipsum deinceps errã-
do vix poteris præterire. Primũ tu
ita

ita loqueris de humanitate Domini cum diuinitate verbi coniuncta, quaſi illa nullam habeat propriam hominis formam, id eſt, animam humanam, qua verè, propriè, & perfectè, more reliquorum hominum informetur, ſed diuinitas humanitatis eius ſit veluti forma & perfectio, in ea formaliter quaſi inhabitet, eam poſtremò Philoſophicè, ſiue modo a Philoſophis explicato, compleat atque perficiat. Quid aliud, aut certe quam parùm diſcrepans, damnarũt in Arrio vel in Apollinario ſanctiſſimi Religionis noſtræ antiſtites, dum eorũ opinionem de verbo Dei corpus Chriſti animante ſiue informante, ſiue perficiente, reiecerunt. Suidas in Apollinario. τῶν Ἀρρειανῶν ἄψυχον πάντη λεγόντων τὴν τοῦ κυρίου σάρκα αὐτὸς ἔφη, ὅτι σάρκα μὲν ἐμψυχωμένην ψυχῇ ζωτικῇ

ἀνέλαβεν ὁ κύριος. νοῦν δὲ τὸν ἡμέτερον οὐ προσήκατο. μὴ δὲ γὰρ δεηθῆναι, φησι, τὴν σάρκα ἐκείνην ἀνθρωπίνου νοὸς ἡγεμονευομένην ὑπὸ τοῦ αὐτὴν ἐνδεδυκότος θεοῦ λόγου. ἀλλὰ μὴ δὲ χωρεῖν αὐτῇ ἄλλην δύναμιν παρὰ τὴν θείαν. Arrianis inanimatam planè affirmantibus Domini carnem, Apollinarius asserebat Dominũ assumpsisse quidem carnem anima viuente animatam, sed mentem nostram non concedebat. Non enim (inquit) indigebat illa sancta caro humana mente, quæ regebatur à Deo Verbo in ipsam ingresso atque insistente. Sed nec vlla alia vis præter diuinam ipsi inerat, ipsámve capiebat. Non elabêris, si vt tuum istud flagitium expies, te retinere clamitaueris humanam animam ad integritatem, quamuis diuinitatem humanæ naturæ formam & perfectionem constituas, quòd neque

Arrius neque Apollinarius faciebant. Quæſtio enim non in eo verſatur, habeátne Chriſtus homo animam humanam necne, ſed an diuinitate informetur perficiatúrque tanquam forma: In quo refellendo maiores noſtri præcipuè inſudarunt, eodem hæreſis genere vtrunque comprehendentes, etiam ſi ille corpus Chriſti expers animæ planè diceret, hic aliqua anima, nempe ſentiẽte, afficeret. Siue ergo humanam animam præter iſtos Domino attribuas ſiue adimas, quoniam eius humanitatem vis diuinitate informari & perfici, tanquam forma, vniuerſa in ea operari, atque humanam animam ſi quidem eam retines, manere inertem & nullis aut paucis muneribus fungentem, ipſe iudica, qualem te exiſtimare, ad quorũ hæreticorum ordinem

& classem referre oporteat. Nec puto esse necesse, vt contrarium probem, apud te præsertim qui non es tam infœliciter Philosophicis decretis informatus, vt nescias vnius rei vnicam esse formam. Cúmque humanæ naturæ in Christo, peræquè ac in nobis forma habeatur ipse animus, non esse recurrendum ad diuinitatem quasi informantem, formæve munia & functiones in Christi persona exequētem, non ignoras. Alioqui, cùm Christus quâ homo nobis sit ὁμοούσιος, vt Damascenus, vt Damasceno antiquiores omnes Græci tradiderunt: profectò quemadmodum animus ipse corpus nostrum informat, in eo principium existit ratiocinandi, intelligendi, sentiendi, appetendi, mouendi, viuendi, cætera opera humana præstandi, quemadmodum

denique eſt entelechia, perfectio, ratio eius quod tale eſſe poſſit, ita Chriſti humanitas à ſacro ipſius animo, non diuinitate informatur, perficitur, ad hominum functiones & munera mouetur atque agitatur. Quin etiam cum noris formam eſſe rei compoſitæ partem eſſentialem, cum materia ſua naturæ quodam vinculo & neceſſitudine vniri, ad illã naturaliter inclinari, cogita an etiam iſta diuinitati conuenire velis. Cæterum quis non rideat quod ſubdidiſti Paulũ Philoſophicè dixiſſe Chriſtum eſſe in forma Dei? An putas D. Paulum ſui inſtituti immemorem, qui non ſe veniſſe prædicabat in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ, ſed attuliſſe ſermonem & prædicationem in oſtenſione ſpiritus & virtutis & omni ſimplicitate, ſimplicẽ & pu- 1. Cor. 2.

ram doctrinã Philoſophicis ideóq; populo obſcuris formulis inuo-
2.Per.3. luere voluiſſe? Vt eius epiſtolæ habeant plurima intellectu difficilia, teſtante D. Petro, quæ tu & cæteri Theologię indocti & inſtabiles deprauatis, ſicut & cęteras ſcripturas, ad veſtram ipſorum perniciem, tamen verba ſunt propria, communia, de medio ſumpta, quorum obſcuritas, ſi qua ſit, ex idiotiſmo & Hebraiſmo, non Philoſophiſmo, vel Paganiſmo, ſit illuſtranda. Nõ eſt Philoſophiſmus, idiota philoſophe, ſed idiotiſmus forma Dei. Deus philoſophicæ formæ eſt expers. Hebraicam, ſiue ab Hebræis, atque adeò ab Scriptura appellatam formam obtinet. Hebręi enim & Scriptura ipſa, è qua loqui de Deo diſcẽdum, nõ è Philoſophia, formam appellant Eſſentiam, qua

Deum destitui non, opinor, Trinitariis concedes, ne Deus inane videatur vocabulũ, & Dei opt. max. memoria piè & inuiolatè conseruata penitus ex animis aboleatur. Si sciuisses, quid צורה Hebręis designaret, id non vocasses in contẽtionem, neque inaniter μορφὴν τοῦ θεοῦ accommodasses ad εἶδος Aristotelis. Ideo enim Hebræorum Philosophi R. Moses Ægyptius, R. Abraham Ben Ezra, R. Leui Ben Gersom, R. Ioseph Albo, R. Isaac, R. Abben Tibbon & alii substantias separatas ab Aristotele & cæteris Philosophis nominatas, suę Hebraicæ phrasi congruenter appellant צורות הנפרדות id est, formas separatas. Ne te circumueniri tantorum auctorum ostentatione expostules, ad prolixitatem quidem vitandam non omniũ istorum verba

in apertum adducam, ſed tamen ad impoſturæ ſuſpitionem diluendam, vnius Abben Tibbonis, ex eius Phyſicæ, quæ רוח החן inſcribitur, tertio capite teſtimonium afferam. Quatuor perceptionum gradus ſimulatq; cõſtituiſſet, quorum primus eſſet principiorum, alter concluſionum, ſiue ſcientiarũ, tertius rerum concretarum: iam quartum collocat in formarum perceptione, quæ inde ab ortu ſuæ naturæ atque eſſentiæ nulli materiæ alligantur, ſed ſeparatæ ſunt intelligentiæ & mentes, inter quas Deus ipſe primum locum, humana mens poſtremum obtineat.

in Phyſ. R. Tibbon. Pag. 32.

המדרגה הרביעית היא השגת הצורות
הנפרדים בעקר מציאותם ואין צריך
להפריד אותם כי בעצמם הם נפרדות מן
החומר והם השכלים הנפרדים ולא יוכל
השכל האנושי להשיג מהם ר"ל מהצורות
הנפרדות רק השכל הפועל האחרון
שבשכלים הנפרדים:

Quarto (inquit) gradu eſt perceptio *formarum ſeparatarum* per propriam & internam exiſtentiæ ſuæ rationem, quas non eſt neceſſe ſeparare, quoniam per ſe ſuaptéque natura à materia ſeparatæ ſunt. Hæ ſunt intelligentiæ ſeparatæ, quas humana intelligentia non poteſt cõprehendere(loquor autẽ de formis illis ſeparatis) præter intellectũ agentẽ omnium ſeparatorũ poſtremũ. Audis formas ſeparatas appellari Hebraico idiomate, quas ſeparatas ſubſtantias Philoſophi appellant: ac eo ſenſu locutũ D. Paulum *Phil. 2.*
ſupra quidem tum ratione, quam tua Philoſophica facultas nunquã poſſit labefactare, tum authoritatẽ D. Baſilii & Theodoriti, quam tua indignitas & abiectio non poſſit minuere, cumulatè docui. Quibus adiungere nunc lubet Oecu-

menium, omnium Græcorum in-
terpretum in ſuis Scholiis perſonã
ſuſtinentem, vt multorum, eorúm-
que doctiſſimorum & ſanctiſſi-
morum præiudicio damnatus, di-
ſcas tuam cohibere linguã, neque
audeas deinceps prodire ad inter-
pretationem ſacrarum literarum
orbatus rebus omnibus ad tantam
ſapientiam neceſſariis. ὥσπερ ἡ μορφὴ
δούλου, φύσις δούλου, ἀλλ᾽ οὐκ ἐνέργειά ἐστι,
οὕτω καὶ μορφὴ θεοῦ φύσις θεοῦ, ἀλλ᾽ οὐκ ἐνέρ-
γειά ἐστι. & paulo poſt, ὅρα τὸν Ἄρειον
πληττόμενον· εἴπωμεν γὰρ αὐτῷ. τί ἐστι, μορ-
φὴν δούλου ἔλαβεν; εὔδηλον ὅτι ἄνθρωπος ἐγέ-
νετο. οὐκοῦν καὶ μορφὴν θεοῦ λεγόμενος ἔχειν,
θεὸς ἦν· ἐπὶ γὰρ τῶν δύο μορφὴ κεῖται. Con
tra Samoſatenum priora dictat, do-
minum hominem aſſerentem, qui
à Deo ageretur. Dicamus igitur
(inquit) ad iſtum. Quemadmodũ
forma ſerui, natura ſerui eſt, non

actio, sic sanè forma Dei natura est Dei, non autem actio. Contra Arrium verò posteriora iaculatur. Istū (ait) interrogemus. Quid significat, formam serui accepit? Nempe profectò, quòd homo factus sit. Igitur dum dicitur Dei formam habere, Deus erat. Vides hic locum prouerbio. Ne sutor vltra crepidā. Quàm fœlices, inquiebat præclare Fabius Pictor, essent artes, si de illis soli artifices iudicarent. Poëta esse non potest, nisi qui versum potest struere. Philosophos non intelligit, nisi qui scit dogmatum varietates. Et tu Theologiæ indoctus Paulum contra sensum & consensum omnium Theologorum de Philosophica quadam formalitate interpretari, & Catholicam sententiam Essentiam diuinam ex illo oraculo Pauli filio Dei ascriben-

Hier. ad Pāmachiū super obitu Paulinæ.

tem exibilare audebis?

29. Blasph. confundens nomina Trinitatis & Diuinitatis siue Vnitatis Sabellianè.
Pag. 539.

Mihi item stomacharis, quòd reprehenderim eos, qui hypostasim ceu Personam diuinam partem totius Trinitatis appellant. Me vocas confusissimum & perplexissimum Sophistam, nõ quia istis cõfirmandis quicquam peccaui in leges de Methodo & perspicuitate, sed quia tacitè cæcum tuum vulnus perstrinxi, aut potius in apertam lucem protraxi. Sæpe docui te ferre in animo idolum quoddam de Deo triformi, Sanctam ipsam Trinitatem compingere prodigiosè in vnitatem, nunquam apertè testari personas à toto aliquo separatas aut per se constantes. Te enim videtur fefellisse Gentilium idolũ Medius fidius, aut Mercurius τρικέφαλος & τρικάρηνος, qui ita de hoc sancto arcano differis, vt personas

Girald. de dijs Gentium.

nuſquam per ſe conſtituas, ſed in aliquo communi veluti toto colloces atque connectas. Si noſti naturã Totius & Partium, mi philoſophe, nihil te commouebit, quod ſanctiſſimè diſputaui Perſonas diuinas non eſſe cuiuſquam partes, nedum, vt tu recitas, Trinitatis. Nam totum aliquam perfectionis notam obtinet ſupra partem. Pars toto non modo imperfectior eſt, verum etiam non per ſe, ſed in ſuo toto & per actum ſui totius ſubſiſtit. Quæ omnia abhorrent à ſanctis hypoſtaſibus æqualiter inter ſe perfectis & abſolutis, nullã rem perfectiorem admittentibus, per ſe denique conſtantibus, non in aliquo toto, neque per actum alicuius totius. Quod ſi hypoſtaſes cum his rationibus philoſophicis debent comparari, certè contrarium

Persona potius totum quam pars.

potius est colligendum, vt totius non partis rationem consequātur. Nam duabus rebus, veluti partibus constant, diuina Essentia, & proprietate hypostatica, quemadmodū indiuidua, vel species ex genere & differentia, metaphysicè, ex materia & forma Physicè componi animaduertimus.

Iudica autem vtri crimen perplexissimi & confusissimi Sophistæ verius conueniat, mihi ne, qui contra nouum vestrum Sabellianum dogma docui perspicuè personas nullius esse partes, an tibi, qui confundis Trinitatis & Vnitatis vocabula. Non refugio tuam censuram. Vide quāta causæ æquitate sustēter, qui te mei iuris disceptatòrem & iudicem constituo. Meum ius sic habet. Scripseram contra Caluinum hypostasin nón

esse partem Essentiæ, sed potius tanquam totum essentiam ipsam complecti, ad quem infelicem scopulum vos omnes, qui aduersus Trinitarios hodiè strinxistis calamum, fecisse cum Sabellio naufragium prolixè & cumulatè probaui. hæc mea doctrina non est. Est scholasticorum omniũ, inter quos D. Thomas principem locum tenens ad hunc modum scriptum reliquit. Nomine Essentiæ significantur sola Essentialia rei principia, sed nomine personæ includuntur omnia quæ possunt ei conuenire, siue sint essentialia, siue non. Ergo persona significatur per modum totius, sed Essentia per modum partis &c. Quod autem illic appellaui diuinam Essentiam, tu mea verba recitans & afferens appellas totam Trinitatem, quasi idem polleant diui-

D. Tho. ad Anibaldũ 1. dist. 34. q. 1.

nitas siue Vnitas Dei & Trinitas.
Pag. 539. Vnde quod initio contendis hy-
Pag. 541. postasim esse partem totius Trinitatis, vna pòst pagina, in Partem totius Essentiæ transformas. Hic magna sit confusio necesse est, hic oportet Schegkium perplexissimũ & confusissimum habere Sophistam, qui perplexissimè & confusissimè de duobus planè differentibus, vt de vno eodémque loquatur. Nam nisi Trinitatẽ cum Vnitate, siue vna diuinitate confundis, quæ singularis est ruditas & inscitia, tibi actionem imposturę intendo. Neque enim disserui personam non esse partem Trinitatis, sed non esse partem diuinitatis siue diuinæ Essentiæ. Quæ multum distant, tantóque interuallo, quanto certum est Trinitatem significare tres personas, Vnitatem non tres personas

ſonas, ſed vnicam numero Eſſentiam, quorũ cauſa & nomine Vnitatem in Trinitate & Trinitatem in Vnitate nos venerari profitemur. Sed nec quiſquam, præter vnum ſtupidum Schegkium, docuit hypoſtaſim eſſe verè & propriè partem totius Trinitatis, quia totum numerale, non eſt verum, ſed imaginarium totũ, nec deſignat aliud aliquid, præter numerum comprehendentem multitudinem aliquorum ſicut duodenarius numerus deſignat duodecim Apoſtolorum numerum. Cum ergo tota hæc ratio nuda intelligentia fulciatur, cũ communitas huius nominis Trinitas non ſit realis, verum intentionalis, vt Scholaſtici aiunt, quid opus eſt potius Trinitatem totum perſonarum dicere, quàm duodenarium Apoſtolorum? Maximè,

Durand.li. 1.diſt.19. q.4.

Z

quando illa multitudo personarũ non facit compositionem cum Essentia, vt quæ r. ipsa inter se conspirent, sint idem, nec, quia comparantur, secundum rem inter se discrepent siue distinguãtur. Quæ dum minime animaduertis confusissimè & perplexissimè Personam asseris partem totius Trinitatis dici posse, quemadmodum potẽtias animæ Aristoteles subinde partes Animæ appellat. Atqui si verum est tuum hoc simile, ad quod in difficillimis periculosissimísq; huius mysterii quæstionibus & dubiis ex improuiso soles recurrere, Personæ dici non debent partes Trinitatis, verum potius diuinæ Essentiæ, quam animæ vbique respondere voluisti, in hæretico tuo libro contra Trinitarios, cuius causa etiam nos in hunc cõflictum de-

ſcendimus. Hoc nempe eſt loqui methodicè, non confusè, non perturbatè, proponere vnum, colligere aliud, diſputare de cæpis, perorare de alliis, docere Perſonas eſſe Partes diuinæ Eſſentiæ rancidis quibuſdam comparationibus, & de repente, contractis veluti nauigationis velis, Syllogiſmum hunc contexere. Si Trinitas ſine offenſione piarum aurium, totum dicitur, quid impedit quo minus perſonæ partes appellentur? An non totum refertur ad Partes? Impedit Schegki, ne Perſonæ partes Trinitatis appellētur, quo iam per te iam ſunt partes diuinæ Eſſentiæ. Diuina autem Eſſentia & Trinitas non magis cēſeri poſſunt, & debēt vnū, quàm Vnitas & ternio, quàm vnū & Tria, quàm vnum & multa. Sed nec Perſonas partes eſſe diuinæ Eſ-

Pag. 539.

ſentiæ tibi concedo, ne contingat perſonas eſſe & dici imperfectas quodam modo, quod tu auſus es
" profiteri his illotis verbis. Quoad quælibet perſona omnes ſuæ perfectionis habet numeros, æqualiter perſonas perfectas omnes eſſe dicimus, ſed non ſimiliter omnino
" perfectas tamē, cum videlicet pro-
" ductæ producentibus ſuam perfe-
" ctiorem tranſcribant. Crede Catholicis Schegki, etiam ſi Filius referat ſuam perfectionem ad Genitorem, etiam ſi, vt loquitur Tertullianus, ſubſtantiæ ſuæ communionem ad Patrem reuoluat, nihilo tamen Patre eſt imperfectior, vt qui totam eius perfectionem, abſolutionē, integritatem plenè, naſcendo, acceperit. Noli conſtituere gradus, vbi ſumma micat ſimplicitas. Noli diſcordiam ſerere, vbi arctiſ-

Pa ſe. 540: 30. Blaſphe. Perſonas nō ſimiliter omnino eſſe perfectas.

Tert. lib. de Trinit.

ſima & perfectiſſima elucet cõcordia, ne illic cogita inæqualitatem, vbi perfecta abſolutaq; expletur æqualitas. Nimis profectò altè Diobolaris Philoſophi progreditur audacia. Athanaſius omnium ſanctorum voce clamat, Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales, earum vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas. Diobolaris autem Sophiſta, eſuriens medicus, ſui ipſius commenta afferens, non pii aut Chriſtiani alicuius contrà affirmat. Non ſi-,,
militer omnino perfectas perſonas ,,
eſſe dicimus. Nec eum defendit, ,,
quòd productæ perſonæ producentibus ſuam perfectionem tranſcribant. Nam etiam in humanis Filii, & quidem Patribus aliquando

præ ſtantiores, ſuis genitoribus ſuã perfectionem planè attribuunt, eis acceptam referunt, & tamen non deſinunt patribus eſſe pares vel etiam ſuperiores. Exempli cauſa, Dauid Prophetarum excellentiſſimus Patri Ieſſæ tribuebat ſuam originem, ſuam ſubſtantiam, ſuas ingenii & indolis dotes, naturæ ſuæ perfectionem & integritatem aſcribebat: at non deſiit, etiam fortaſſe naturæ dotibus, nedum gratia, ſapientia, diſciplinis diuinis & humanis parentem ſuperare. Alexander Macedo ſua omnia Patri Philippo tranſcribebat, & tamen multo fuit ſuperior, multo præſtantior, multo perfectior. Quid ſi Philippus par Alexandrũ rebus omnibus parem, nullis ſuperiorem genuiſſet, proptereáne ingratus Alexander ſuam perfectionem Geni-

tori aſcribere detrectaret? Aſcriberet certè gratus Filius. Intereà Schegkius abſurdè ratiocinaretur. Ergo Alexander non ſimiliter omnino Perfectus eſt. Contra enim eſt concludendum. Ergo Alexander ſimiliter omnino Perfectus eſt, quoniam Patris Philippi vniuerſam & integram perfectionem obtinet, propter quam Patrem ſuum Philippum prædicat, agnoſcit, con fitetur. Audis mirifice ſimilitudinum Chimæricarum architecte ſimilitudinibus craſſis, pinguibus, tuæ craſſæ mineruæ accommodatis, tuas deiici, euerti, labefactari. Non puto mihi prolixius his inſiſtendum, præſertim quia æqualem omnino Patris, Filii & Spiritus ſan cti perfectionem è ſcripturis alibi copiosè & amplè aſſerui: nec dubitari poteſt eandem perſpicuè pro

Phil. 2.
Ioan. 8.
Religionis capite eſſe concluſam à ſanctis noſtris Patribus, vel è D. Pauli illa clauſula, Non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, vel è D. Ioannis teſtimonio & auctoritate, faciebat ſe æqualẽ Deo. Erras autem dum habere ab alio naturaliter & neceſſariò, vel non habere ab alio, ſed a ſe naturaliter, ita diſtinguis, vt vnum perfectionem enunciet, alterum imperfectionẽ. Hæc non ſunt de eorum genere, in quæ perfectio vel imperfectio cadat, poteſtas vel imbecillitas. Hoc haberes perſpectum, ſi Scholaſticos conſuluiſſes, diſputantes gignere, gigni, procedere, ſiue, vt tu hic ponis, producere & produci duabus his concluſionibus comprehendi. Nullæ relationes originis dicunt perfectionem in diuina perſona ſimpliciter, quia cum om-

Lib. 1. ſent. diſt. 7.
1. Concluſio Nic. deniſens in reſol. Theolo. Tractatu 1. parte 2. quæſt. 5. Secunda cõcluſio.

nes perfectiones ſimpliciter ſint meliores ſuis diſparatis, vna relatio eſſet altera melior. Relationes itē non dicunt aliquam perfectionē, quia oppoſitæ dicerent imperfectionem, atque ita imperfectum aliquid poneretur in Deo. Quocirca in relationibus non attenditur (inquiunt) ordo eminentiæ ſecundum maiorem aut minorem perfectionem, ſed ſecundum magis & minus principale. Vnde in diuinis Pater dicitur principalior, at non perfectior. Soluunt autem, quod tui ſimilis ſophiſta obiiceret, quo pacto poſſit relatio dici non perfecta, quin ſtatim dicatur imperfecta. Nam perfectum & imperfectum videntur contradicentium nomine & modo opponi. Soluunt, inquā, atque reſpondent, rem quantam, diuidi quidem in

perfectum & imperfectũ, ſicut in finitum & infinitum, ſed rem non quantã minime, cum ergo relatio non ſit quanta, neque certè erit dicetúrve finita vel infinita, perfecta vel imperfecta. Quod de actionibus hypoſtaſεων internis ſiue intrapoſitis ſentiendum eodem modo, ne multa ſequantur incommoda, multa contra ſingularem hypoſtaſeon maieſtatem. Verbi gratia, Generari ſi ponatur dicere perfectionem vel potentiam, cõſidera quid conſequatur. Sanè Filius illa ſaltẽ ratione erit perfectior Patre, & potentior, quòd ipſe gignitúr, Pater non gignitur. Sin imperfectionem vel imbecillitatem, certè filius imperfectior & imbecillior eſt Patre. Quod nemo non Arrianus, præter vnum Schegkium conceſſerit. Eſt enim apud omnes pios ſanctum &

Actiones ad intra.

conſtitutum Patrem & Filium eſſe æqualiter perfectos, æqualiter potentes ſiue omnipotentes. Nam iſtæ actiones intrapoſitæ non ſunt materia neque argumentum potentiæ vel imbecillitatis, perfectionis vel imperfectionis ob ſuperiores cauſas. Aliam rationem, cur tibi minimè largiar hypoſtaſes partes diuinæ eſſentiæ, è temetipſo duco, ne videlicet tecum veniamus in diuinitatis è tribus rebus conflatæ coaleſcentíſque ſuſpitionem. Ad quam cogitationem, procul dubio Sabellianam, hæc ſententia te perduxit, téque ſcribere coëgit, ex tribus perſonis conſtitutam eſſe Eſſentiam vnius Trinitatis. *Pag. 541.*

Verum heus tu Philoſophe, dũ ardentius perſequor tuos de Partibus errores, imprudens tranſilii, quod de Spiritu ſancto Autothea- *31 B'aſphe. Spiritũ ſanctum eſſe αὐτόθεον. Pag. 540.*

nis commodum Christianis incõmodum sentire videris. Patrem rectè affirmasti seipso esse perfectissimum, nempe quoniam seipso est
„ atq; existit. At quod subiicis, nec-
„ non etiam Spiritus sanctus seipso,
„ & quia Spiritus sanctus est, & quia
„ procedens ab vtroque, meritò ingentes turbas excitat. Si quidem neque seipso ille existit, vt Pater, neque seipso est perfectissimus, eo sensu, vt à se, non ab alio, id est, à Patre Filióque insignem illam perfectionis notã obtineat. Seipso quidem perfectissimus est, id est, suapte natura, per se, hoc ipso quod est, naturaliter, necessario, ab ipsa origine. At à Patre Filióque per processionem omnia, quanta quãta illa existant est, cõsecutus. Testis Scriptura, qui illum Spiritum Dei, Spiritum Patris, Spiritum Filii sub-

inde appellat. Nempe Spiritum à Deo manantem, à Patre Filióque productũ, & per processionẽ quãdam arcanam & ineffabilem cuncta habentem atque adeptum. Ac ne hic vocabulum τοῦ εἶναι desideres, considera alterum Pauli locum, Spiritus qui ex Deo est. Neq; enim differre esse & habere Essentiam te dicturum expecto, nisi à sensu & consensu omnium Sanctorum interpretum protinus cupis explodi. Testis Ecclesia, quæ omnibus conciliis, cum Oecumenicis, tum prouincialibus, particulatim de Sãcto spiritu, vel vniuersè de tota S. Trinitate tractantibus doctrinam hãc tradit, aduersam diris anathemate deuouet. Testes denique insignia vtriusque Ecclesiæ & Religionis lumina Didymus, Damascen⁹ Græcæ, Hieronymus, Augustinus, La-

1. Cor. 2.

Didy. lib. 2. de Spiritu S. interprete. Hier. inter opera. D. Hieron. tuo 9.

tinæ. Primus lib. 2. de hoc argumento, quod opus ſuum interpretando fecit D. Hieronymus. Non loquitur à ſemetipſo Spiritus. S. hoc eſt, non ſine me & ſine meo &
16. Patris arbitrio, *quia inſeparabiliter eſt à me & à Patris voluntate. Quia ex ſe nõ eſt.* Sed ex Patre & me eſt. Hoc enim ipſum quod ſubſiſtit & loquitur à Patre & a me illi eſt. Et paulo poſt. Spiritus ſanctus, hoc ipſum eſt, quod profertur à Filio. Et mox, neque enim quid aliud eſt Filius, præter ea, quæ ipſi dantur à Patre, neque *alia eſt ſubſtantia* Spiritus ſancti, præter id, quod ipſi da-
Damaſ. l. 1. cap. 8. tur à Filio. Damaſcenus πάντα οὖν, ὅσα ἔχει ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει, καὶ τὸ αὐτὸ τὸ εἶναι. Omnia igitur quæ habet Filius habet etiam Spiritus è
Hier. in expoſ. Catholicæ fidei. Patre, *etiam ipſum eſſe.* Hieronymus. Credimus in Spiritum ſan-

ctum verum Deum, qui de Patre propriè eſt, & procedit. Auguſtinus, Sicut naturam præſtat Filio ſine initio generatio: ita Spiritui ſancto præſtat Eſſentiam ſine initio proceſsio. *Aug. li. 5. de Trinit. cap. 15.*

Me tandem obſecras, vt te doceam quo pacto Sabellianiſmum aſtruant hi (quorum ex numero te quoque eſſe ſcribam) qui quãque perſonam partem & non totum eſſe dicunt, & qui perſonam à perſona realiter diſcrepare & quamlibet à tota Eſſentia formaliter differre rationibus & exemplis docuerunt. *Pag. 542.* Nihil eſt cur me obſecres Scheggki. Libenter, liberè, liberaliter, ſine inuidia, quæ didici communico. *Sap. 7.* Placidè & leniter doceo iniquos vias Domini, vt ad Dauidis & Sapientis Hebræi exempla, me vtcũque componam. *Pſal. 50.* Quæris autem, de

quo iam reſpondi, & iterum, vt tuã memoriam refricem, reſpondeo. Primum Perſonas dicere diuinitatis partes, eſt eas facere συνουσίους, non ὁμοουσίους, eas vni tanquam toti affigere adunare, compingere, conflare, & ſi quid aliud eſt, quod Sabellianam συναίρεσιν, συναλοιφὴν, κρᾶσιν, coaleſcẽtiámque declaret. Quemadmodum Animi potentiæ Animi partes certè vocitantur, quoniam in vnam Eſſentiam, cuius dicuntur partes, tanquam in vnam rem communem conueniunt, in vno Animo inſunt vt partes in ſuo toto, vel vt proprietates in ſuo ſubiecto, neque verò ſeparatim conſtant. Deinde non ſatis ad vitandum Sabellianiſmum conſtituere perſonam à perſona realiter diſcrepare, qui error te totum in hac diſputatione occupauit, verum præterea

terea oportet differre Perſonalitate, ſiue perſonæ notatione, id eſt, coherentia per ſe, quam ſubſiſtentiam Scholæ nominant, vt non modo Pater à Filio reipſa diſtinguatur, quemadmodum ſentiens facultas à vegetante:verum etiam Pater per ſe ſubſiſtat, Filius quoque per ſe cohæreat. Quod non vſuuenit ſentienti, Vegetanti & intelligenti facultatibus, quippe quæ nullam habeant cohærentiam niſi Animæ: vt iam exiſtant non per ſe, ſed per Animam, cum per ſe ſubſiſtentem, tum ſubſiſtentiam ſuis facultatibus tribuentem atque impertientem. Cùm cõtrà diuina Eſſentia non exiſtat per ſe, ſed per perſonas, ac Perſonæ non exiſtant per diuinam Eſſentiam ſiue in diuina Eſſentia, verum per ſe atque ſeorſim. Quocirca præclare Damaſce- *Damaſ. lib. 3. cap. 6.*

nus, ἡ οὐσία καθ᾽ ἑαυτὴν οὐχ ὑφίσαται, ἀλλὰ ἐν ταῖς ὑποςάσεσι θεωρεῖται. τὸ δὲ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος ἔχει ἡ ὑπόςασις, καὶ τὸ καθ᾽ ἑαυτὴν ὑπάρξαι. Eſſentia per ſe nõ ſubſiſtit, ſed in ipſis hypoſtaſibus ſpectatur. Commune autem cum proprio, itémque ipſam per ſe ſubſiſtentiam habet hypoſtaſis. Noli ergo conqueri tibi ſtrui, ſummam calumniam, quando in Sabellianorum numero poneris. Præcedentia enim te ſatis perſpicuè hoc crimine cõdemnarũt, atque id ipſum præcipuè, quod neſcis, proindéque quæris, quo tandem modo Sabellianiſmum aſtruant hi, qui perſonam partem, & perſonam à perſona realiter diſcrepare docent. Ideo enim hi etiam Sabellianiſmum aſtruunt, vt ſæpius vis repeti, quoniam prauè docent Perſonas eſſe diuinitatis partes & quoniam dum

fatentur perſonas reipſa diſtingui, non adiiciunt præterea Perſonas per ſe cohærere ſiue ſubſiſtere. Quod dum cum iſtis non vis confiteri, non miror magnopere, ſi vigeſimo ſeptimo loco carpis, quod ſcitè & eleganter perſonas per ſe cohærere pronuntiaui. Verumtamen (inquis) quàm abſurdè Matæologus ille dicat cohærere diuinas perſonas, ipſum per ſe manifeſtum eſt. Te offendit Cohærendi verbum, ſed dum addidi particulam *per ſe*, quam tu improbè vel diſſimulaſti, vel tranſpoſuiſti, ſat meam atque adeò Catholicã mentem & ſententiam expreſſi. Nihil erat igitur, vt ſuperiora ſcriberes, niſi ſimul velles vel Plagiarii crimen incurrere, vel tuam infantiam vim Ciceroniani puríque Sermonis ignorantem prodere. Plagium

Pag. 544.

fol. 97.

32. Blaſphe. Perſonas nõ per ſe cohærere.

eſt vim facere in Cohærendi vocabulo, neque addere aut ſuo loco ponere particulam *per ſe*, quæ cum Verbo poſita, vſitatam, aptam, propriam & emphaticam ſignificationem inducit. Cur eam ô latro & Sophiſta malitiæ, cur eam ſuppreſſiſti? Theophylactus & Tertullianus Diabolum eleganter appoſitéque furem & latronem appellarunt, quia è Verbo Dei partes & fragmenta aſtutè ſolet ſurripere, vt falſam intelligentiam hominum animis inſerat. Cenſe tu Plagiarie Philoſophe, qualis ſalutari debeas, qui è mea ſententia particulam *per ſe* ſuppreſiſti, ſiue quia tuę Sabellianæ menti officiebat, qui nuſquam recordaris Perſonalis per ſe cohærentiæ & ſubſiſtentiæ, ſiue quia aliquid expeditum apparare tibi cupiebas, quod in me probabi-

Hiero. contra Luciferianos.
Tert. de præſcr.
Theoph. Mat. 4.

liter, Sophiſtarum ritu, exagitares. Infantia autem eſt ignorare, quod apud eloquentiſsimos Latinæ linguæ auctores & principes extat antiquiſsimum & vſitatiſsimum. Apud ipſos per ſe cohærere declarat, quod alii barbarè & inelegan-ter dicunt per ſe ſubſiſtere. Si Perionium elegantiſsimum & Ciceronianum Ariſtotelis interpretem ſequi maluiſſes, quàm Barbaram Auerrois & Summulariorum verſionem, iſta minimè ignoraſſes, & Ariſtotelem purius intellexiſſes & cæteris explicauiſſes elegantius atque nitidius. Initio Porphyrii in nobili illa quæſtione de generibus & formis, εἴτε ὑφέστηκεν, ſubſiſtant ne per ſe, an in ſolis animis ſint, vertit ille, cohæreántne per ſe. In ſuis verò obſeruationibus huius elegantiſsimæ locutionis rationem hac

Per ſe cohærere eſſe Latinum, per ſe ſubſiſtere eſſe Barbarum neſcit Schegkius.

annotatione reddit. Quoniam hoc verbum ὑφιστάναι crebrum eſt in Dialectica, nec Latinè adhuc à quoquã expoſitum eſt (dicunt enim omnes ὑφιστάναι, ſubſiſtere, quod in hoc barbarum eſt) dicam, quæ apud Ciceronem illi paria inuenerim. Hæc quidem duo dicit pro illo ὑφιστάναι, Cohærere & conſtare. Priore vſus eſt in primo Academic. quæſt. De natura autem (id enim ſequebatur) ita dicebant, vt eam diuiderent in res duas, vt altera eſſet efficiens, altera autem huic ſe præbens, eáque efficeretur aliquid. In eo autẽ quod efficeretur, materiam quandam, in vtraque tamen vtramque. Neque enim materiam ipſam cohęrere potuiſſe, ſi nulla vi contineretur, neq; vim ſine materia. In tertio de Oratore, 2. ferè pagina. Ac mihi quidem veteres illi, maius quiddam

animo complexi, plus multo etiã vidiſſe videntur, quàm quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt: qui omnia hæc, quæ ſuprà & ſubter vnum eſſe, & vna vi atque vna conſenſione naturæ con ſtricta eſſe dixerunt. Nullum eſt enim genus rerum, quod aut auulſum à cæteris per ſeipſum conſtare, aut quo cætera, ſi careant, vim ſuam atque æternitatem conſeruare poſsit. Hic me locus admonuit, vt non ſolum ὑφιστάναι conſtare dicerem, ſed ea etiam quæ Porphyrius deinceps vocat χωριστὰ, auulſa dicerem. Hoc autem locò χωριστὸν rẽ dicit, non vim ſeparandi. Perſonas ergò per ſe cohærere, per ſe conſtare latiniſsime, imò verò Ciceroniane dixi. Quæ locutio, quoniam erat latinior & magis Ciceroniana, quàm, vt tuis barbaris & aſininis

auribus ſuauiter ſonare poſſet, non miror, ſi tuum contextum hoc elegãti margine ſepiueris. *1.ad.p.544* Genebrar-« dus dicit Perſonas ſibi mutuo co-« hærere eleganti Phraſi, ſi diis pla-« cet. Vbi etiam Plagiarie Schegki *ſibi mutuo* poſuiſti, pro *per ſe*. Nunquam enim dixi Perſonas ſibi mutuo cohærere. Per ſe cohærere ſæpius dixi, ſæpe etiam dicam, vt Sabellius, vóſque Sabelliani grauius percellamini. Prouoco ad illam paginam mei ſecundi de Trinitate, *Pag.97.* ad quam in ora tui codicis nos, fide recitator, remiſiſti.

33. Blaſphe. Schegkium docuiſſe rationibus philoſophicis nõ tãtũ poſſibile, ſed etiam neceſſarium eſſe in Trinitate

Superiores blaſphemias exęquat, vel etiam ſuperat, quòd, vt tua ſpectra aduerſum Trinitarios pro Sabellianis vendites, iuueniliter primum, admiratione tuorum ſcriptorum exultas, deinde ſimilibus atque veris & conſentaneis in

Philoſophia rationibus magna φι-λαυτία, effeciſſe gloriaris te vt intelligeretur non tantum poſsibile: ſed etiam neceſſarium eſſe in Trinitate Vnum eſſe Tria, & Tria Vnum. Nec ſat habuiſti tua ſupra modum extollere, ſed etiam voluiſti aliena deiicere. Veterum omnium Sanctorum ſimilitudines & rationes præ tuis contemnere & vituperare. Vbi amor, imo verò admiratio tui tibi vſque adeo mentem ipſam eripuit, vt non videris tua ad hunc modũ nõ potuiſſe extolli, niſi Religionis myſteriis plurimum decerperetur. Nam ſi illæ ſimilitudines & rationes philoſophicæ à te vno, quemadmodum magnificè prædicas, excogitatæ ſunt neceſſariæ, ſi neceſſario concludunt, ſi neceſſarium eſſe docent, non modo poſsibile, Vnum eſſe Tria & Tria

Vnum eſſe Tria et Tria eſſe Vnum. Pag. 544.

Ibid. et ſeq.

Vnum, illud ſummum Religionis caput atque principium per demõſtrationem habetur, per ἀπόδειξιν cõcluditur, per humanam rationem acquiritur. Quo igitur pacto conſtat Dominici oraculi veritas. Hoc opus eſt Dei vt credatis, non naturæ videlicet vel rationis. Fidẽ enim opus Dei vocat παθητικῶς, nempe opus, quod à Deo in nobis efficitur, non ab humana arte, induſtria, ſtudio. Confirmat Vas illud electum, Paulus, qui Dei beneficio reuelationem Ieſu Chriſti & Euangelicam veritatem conſecutus, fidem donum Dei appellat. Quod etiam aliter alibi pulchrè enuntiat, fides ex auditu. Auditus autem per Verbum Dei, non per Schegkii aut alterius cuiuſquam fanatici ſuperbas tumidáſque diſputationes. Efficimur enim per Dei gratiam

Ioan.6. *Gal.1.* *1.Theſſ.1.* *Eph.2.* *Rom.10.*

Christiani, non nascimur, vel etiam humana demonstratione euadimus. Intus mentes nostras mouet Deus, suo lumine imbuit, vt in lumine ipsius videamus lumen, lumine gratiæ cernamus lumen fidei, transformati à claritate in claritatem à Domini Spiritu, ne nobis contingat illud eiusdem Apostoli, Vsque in hodiernum diem velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, donec conuersis ad Dominum, auferatur velamen. Frustra foris aures alicuius personem, nisi Dominus intus pulset & operetur, & qui iussit de tenebris lucem splendescere, illuceat in corde ipsius ad illuminationem scientiæ claritatis Dei. Huius è teipso periculum facere potuisti, qui tuis omnibus rapsodicis rationibus, ne vnum qui-

Psal.

2.Cor.3.

Gen.1.
1.Cor.4.

dem Trinitarium non dico conuertere, ſed commouere potuiſti. Quin potius, vt libere enuntiem, quicquid res habet, quodq; te valde ſcitum & elegantem magiſtrũ arguit, è ſtultis inſanos plurimos feciſti, dum poſt lectos tuos ſophiſticos de Deo luſus, nulla diuini Verbi particula ſuſtentatos, incertiſſimi euaſerunt, vt putent, quicquid de Deo à Chriſtianis creditur, eſſe duntaxat in cuiuſque opinione poſitum, ac dicant inſipientes in corde ſuo, Non eſt Chriſtianorum Deus. Eo enim tua profana garrulitas, tua impudens rerum diuinarum contrectatio ſtatum hæreticarum veſtrarum Synagogarũ perduxit, ſummo Turcarum & inimicorum crucis Chriſti plauſu, acclamatione, triumpho. Quemadmodum autem Paulus nõ putauit

primam iuſtificationem poſſe tri- *Prima iuſtificatio gratuita ſine operibus.*
bui ſimul gratiæ Dei & operibus.
Nam ſi ex gratia, iam non ex ope-
ribus. Ita profecto tua ſententia, tri *Ro. 11.*
buens ſapientiam de Deo Vno & Trino philoſophicæ demonſtrationi vel rationi, quam Scriptura attribuit fidei reuelationi, non poteſt conſiſtere cum Scripturæ diſciplina. Si enim illa habetur, vt Scriptura teſtatur, Dei dono & munere, id eſt, fide, iam nõ ex demonſtratione acquiritur. Quæ vſque adeo ſibi mutuo aduerſantur, vt cũ hæc ſcientiam parere & dubitationem itémque obſcuritatem omnẽ ex animis depellere dicatur, illa nõ-
dũ ſciat, nõdum clarè cognoſcat, *1. Cor.*
ſed videat per ſpeculũ in ęnigmate. Prolixiſſimus eſſem, ſi hunc locum pergerem deteſtari, tanquam affinem doctrinæ Pelagianæ. Malo,

te obteſtari atque obſecrare vt reſipiſcas ad canos tuos reſpiciens, neque prætereà te Pelagii præconem cõſtituas. Nã Sancta & Catholica doctrina Pelagianæ inimica atque infeſta euertitur, Pelagiana Catholicæ contraria ædificatur, ſi tecum ponimus quibuſdam philoſophicis rationibus, itémque, vt addis, cõtra omnes primarum artium præceptiones, ſimilitudinibus intelligi non tantum poſſibile verum etiã neceſſarium eſſe in Trinitate, Vnũ
Ioan.1. eſſe Tria & Tria vnum. Hoc enim duntaxat filius Dei, qui eſt in ſinu Patris enarrauit, ac niſi enarraſſet clarè diſtinctéque expreſſiſſet, ite, prædicate, docete, Baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, fruſtra expectaſſemus tuas neceſſarias ſimilitudines & Philoſophicas rationes. In æternum ſine fi-

de periremus, nihil Schegkii demonſtrationibus obſtantibus, qua ſola neceſſarium eſſe intelligitur Vnum eſſe Tria & Tria Vnũ. Poſtremo tantùm abeſt, vt tuæ ſimilitudines, quemadmodum ſæpius docui, & philoſophicæ rationes, ſint anteponendæ omnium maiorum noſtrorum ſimilitudinibus & rationibus, tanquam exquiſitiſſimæ, veriſſimæ, & proximæ, vt contrà ſint ineptiſſimæ, vaniſſimæ, remotiſſimæ, eæque imprimis, quas vis hauſtas ex Platonicorum ſcriptis. Qualis illa eſt tua precipua ſimilitudo, de qua præterea, ſic ſcribere non erubuiſti, Quod ſi in potentiis Animæ productio quoque locum haberet, nihil ſimilius, opinor, poſſet (vt diximus) haberi aut dici. Nam nihil eſt diſſimilius nihil quod non extet Sabellianum. Non Pag. 545.

tres res per se cohærentes hic conspiciuntur, non æqualitas naturæ hic elucet, nõ eædem vires hic existunt, non similes per omnia facultates.

Arrogãtia Schegkij.

Nec verò audiendus es de teipso testimonium perhibens arroganter, & tuã similitudinem Thrasonicè commendans ab incorporea & spiritali puritate: alienas verò vituperans propter Phantasiam scilicet, corporeorum accidentium, quæ dicis alienissima esse à Diuinitate, deique essentia incorporea & aliis rebus corporis expertibus. Etenim an non illa Augustini est purior, magis incorporea, magis spiritalis, magis remota à simulachro rerum & qualitatum corporearũ. Sicut memoria fœcunda purè & impatibiliter generat intellectum & per intellectum vel cum intel-

lectu

lectu voluntatem: ita Pater purè & impatibiliter producit Filium, & cum Filio Spiritum ſanctum. Sicut tria hæc ſunt vna Animi Eſſentia, ita & hi tres vnum ſunt, ſiue vna eſſentia. Sicut tria hęc ſunt pura, ſpiritualia, corporis expertia: ita hi tres. Sicut tria hæc realiter inter ſe diſcrepant, iuxta Scholaſticorũ plurimos calculos, ab Anima autem duntaxat forma, atque ratione: ita hi tres inter ſe perſonaliter comparati reapſe diſtinguuntur, ab Eſſentia autem diuina duntaxat ratione & forma. Deniq; hîc, præter ipſam per ſe cohærẽtiam, nihil deeſſe videtur, quod non ad myſterium faciat. Aptior igitur & conuenientior multo eſt, quàm tua, habita ratione earum rerum, propter quas tuam vſque adeò extollis. Primo, quoniam productionum or-

Scot. lib. 2. diſt. 16.

do,quem ipſe in tua deſideras, habet hic locum. Secundo,quia ſimulachrum magis incorporeum exhibet,quod tantopere requiris, cuiúſque cauſa tuum ſpectrum audes præferre maiorum omnium imaginibus, etiam è Scriptura deductis, qualis Solis Radii ſplendoris, qualis archetypi characteris ſimulachri. Eſt quippe,opinor, magis incorporea, magis ſpiritualis, intelligentia ſiue mens, quàm vis ſentiens:purior,ſimplicior ac ab omni phantaſmate expeditior voluntas,ſiue volendi facultas, quàm vis vegetans, quæ perinde ac ſentiens materiæ immergitur, neque ſe explicat ab organo corporeo,neque ſine corpore vllũ habet vſum, vllum munus, vllam functionem: Poſtremo eam ob cauſam tua ſimilitudo Auguſtinianę cedit,mul-

tis interuallis, quia tua eſt craſſior, quòd ſoli homini conueniat, illa Auguſtini altior, ſubtilior, & magis ſpiritualis, quòd etiam eluceat in Angelis, qui etiam memoria, intelligentia, voluntate vigent, ac ſpirituali natura mortalibus excellunt. Rurſum an non, cæce ſophiſta, illa Scholaſticorum tuam puritate & rei incorporeæ proprietate, qualitate, conditione vincit & ſuperat? Quemadmodum mens, Verbum mentis & memoria tria ſunt, vna tamen Anima: ſic Pater, Filius & Spiritus tres quidem exiſtunt, at Eſſentia ſunt vna. Quam tanti putant, vt ſe ex ea multa huius arcani obſcura illuſtrare perhibeant, quæ in tua planè deſiderantur. Primum vt talis ſit generatio, qualis Verbi è mente. Mens generat λόγον ſuum naturaliter, ita vt mens nunquam ſit

ſine λόγῳ. Generat ſine paſſione & labe. Generat intra ſe, ita vt res genitã maneat in mẽte. Deinde vt talis ſit Proceſſio, qualis Memoriæ è mente & λόγῳ. Mens aliquid cogitat & memoriam excitat per cogitationem. Mens eſt, quæ cogitat & quaſi generat Verbũ. Deinde conceptus, res cogitata, ſeu verbum & λόγος à mente genitus ſimul cum ipſa mente memoriam excitat & quaſi producit. Pluribus hic locus exaggerari poſſet, ac niſi deeſſet, quam aduerſum te & cunctos Sabellianos vrgemus, trium iſtorum ſubſiſtentia ſiue cohærentia per ſe, prolixè ſanè doceremus rectè vſurpatũ quidem à Scholaſticis, prius autem tractatũ à Tertulliano contra Praxeam, à Cypriano ſiue Ruffino in Symbolo, Nazanzeno & vetuſtioribus plurimis. Qui quam-

uis accommodatius & appoſitius multò, quàm tu, his incorporeis ſimilibus, nedum aliis corporeis, vt illis exprobras, Eſſentiam Dei incorpoream adumbrarint & quaſi ſimulachro quodam depinxerint, nullius ſcilicet corporeæ rei phantaſia fallente per ſuam ſimilitudinem: multum tamen abfuerunt, vt illis Thraſonicè dicerent intelligi atque effici non tantum poſſibile, verum etiam neceſſarium eſſe in Trinitate Vnum eſſe Tria & Tria Vnũ, quod de tuo ineptiſſimo, inuerecunde Sophiſta, te affirmare non pudet. Quin potius omnium nomine Cyrillus Alexãdrinus, poſt adductam incorpoream ſimilitudinẽ, quam attigimus, puritate incorporea tuam multis modis ſuperantem, Et valde quidem, inquit, exilis eſt exemplorum iſtorũ pro-

Cyr. lib. 8. cont. Iuli.

poſitio, ſufficit tamen ad euehendam mentem, vltra ea, quæ rationem noſtram excedũt. Nam quoniam quicquid productum eſt & natum, longe ſub omnium ſubſtantiarum prima & ſumma reſidet, nihil omnino eſt illi aſſimile, nihílq; prorſus reſpondet. Hac duntaxat ratione valde merito ab exemplis aliquam vtilitatem (non, vt Scheg-kius inſcitè ſentit, neceſsitatẽ) capimus dum ex multis vnum quiddam & modicum colligimus, vel in obſcuram & mediocrem eorũ, quæ quæruntur, comprehenſionẽ.
1.Cor.13. Vnde Paulus, Videmus, ait, in Speculo atque ænigmate.

Verum tandem aliquando tuis partim ineptiis, partim impoſturis, partim erroribus atque adeo blaſphemiis finem imponens, reſpondeo ad vltimam tuę Rapſodicæ di-

ſputationis partem, qua me implicari Contradictionis legibus audacter affirmas. Erras, vaniſsime Schegki, erras, dum contradictionem elicis ex eo, quod Brentianos ac te in primis Sabellianos eſſe docui, quia ſcilicet, vnicam hypoſtaſim & ſubſiſtentiam in Trinitate, (nempe ſolius Patris) fateamini & agnoſcatis. Nam hæc parentheſis à te explicationis loco interiecta meo officit contextui. Vbi lex non diſtinguit, nec tu debes diſtinguere. Simpliciter dixi vos vnicam in Diuinitate hypoſtaſim & ſubſiſtentiam cõfiteri atque agnoſcere. Ac ſimpliciter intellexi de vna perſona, quocunque illa vocetur nomine, Ac altè pronuntiaui & iterum altè pronuntio, vt omnes me exaudiant, Quicunque vnicam agnoſcunt in Diuinitate hypoſta-

Pag. 548. & 549.

ſim, id eſt, rem vnicam per ſe ſubſiſtentem numerandi ſunt in Sabellianis ſiue ratione duntaxat, ſiue etiam reapſe tres δυνάμεις diſtinctas prædicent. Proinde Brentianos illo ſe ſcelere aſtrinxiſſe vociferor, dum per Schegkium affirmant Patrem nõ magis per ſe ſubſiſtere, ſiue vt loquitur Cicero, improbante tantam elegantiam Barbaro Schegkio, per ſe cohærere, quàm per ſe ſubſiſtit vis intelligẽs, Filiũ non magis per ſe conſtare, ſiue ſubſiſtere, quàm per ſe ſubſiſtit vis ſentiens: non maiorem aut veriorem cohærentiã per ſe ſiue ſubſiſtentiam habere Spiritum ſanctum, quàm habet vis vegetans. Hæc enim aliena ſunt à Religione, iuxta cuius diſciplinam Pater per ſe, ſeorſim & actu conſtat, Filius per ſe, ſeorſum & actu cohæret,

Spiritus ſanctus per ſe, ſcorſim, actu denique ſubſiſtit, quemadmodum tribus integris libris, & vno contra Rabbinum Albonem prolixè & cumulatè demonſtraui. Hic tandem reſtituas Schegki, hic vltimò figis pedem, hic in tuis cogitationibus euaneſcere incipis, nec vltra mei ſecundi de Trinitate extremum progrederis. Atqui ſi tertium legiſſes, multo plura repeiriſſes, quæ animum tuum exulceraſſent. Te cũ tua monſtroſa Vbiquitate, imperita, atque hæretica duarum naturarum Chriſti explanatione refutatum ſolidè inueniſſes. Præterea fuiſſes edoctus cunctos fidei articulos, quos vel ignoras, vel peruersè intelligis, vel minimè credis. Verum ſatis tuo officio functus videbare, ſi vtcunque Sabellii crimẽ eluderes, cuius reus

Pag. vlt. 550. quæ eſt tertius Apologetici 71.
Tam paucis paginis tot errores Schegkius eſt complexus.

conuictúsque tenebare. Atqui mi Schegki, etiam si non esses Sabellianus, nec dum tamen tuum honorem & famam recuperares, dum aliis impietatum vinculis constrictus, de illis excutiendis haudquaquam laboras. Laudo si dissimulaueris, quòd nolis deinceps eiusmodi blasphemias persequi, sed potius perpetuo silẽtio obruere, quicquid perperam de duabus Christi naturis, de corpore, de persona, de dimensione &c. scripsisti, téque mulctare cogites sempiterna linguæ taciturnitate, Seuerum Sulpitium æmulatus, qui senex à Pelagianis deceptus, agnoscens loquacitatis culpam, silentium ad mortẽ vsque tenuit. Sin malis hoc certamen perficere cum Simone Simonio illo apostata Simonis Magi discipulo, quemadmodum ce-

Gennadus & Sigebert.

piſti, laudo etiam. Nam conflictus erit æquior, quòd ambo ſitis philoſophi, & nihil prætereà. Quòd omnium minimè curetis diuina oracula, quòd nihil quæratis, quid de tantis rebus conſultum Euangelium reſpondeat, quid Eccleſia præfiniat, quid Chriſtiani per totũ orbem terrarum ſentiant, quid ſanctiſsimi & ſapientiſsimi maiores noſtri docuerint & ſcriptum reliquerint. Hoc vno tu iſto Simoniano videris melior, quòd ad reſipiſcendum paratior procliuiórque appareas, nec tibi temere Sabellianæ hæreſis crimen obiectari æquo animo patiare. Serio igitur è tuo capite iſtud depelle. Obſecro, vt in ea hæreas, commorerísque ſententia. Nihil eſſe poſsit tuæ ſaluti conſultius, nihil tuo honori, famæ, exiſtimationi glorioſius, nihil tuo no-

mini præclarius. Sic agendũ Schegki, ſic vita eſt inſtituenda, quoad in hoc miſerabili mundo verſamur, peregrinantes à cæleſti, vt ſine cuiuſquã offenſione piè, iuſtè, ſobrie viuamus. Tempus breue eſt. Prætereít figura huius mundi. Dum ergo tempus habemus, operemur bonum, ſanctè de Deo conditore noſtro, diuiníſque rebus, cogitemus, ſentiamus, loquamur, ſcribamus. Si ad ſanitatẽ redis, ſi blaſphemare deſinis, ſi linguã cohibes, etiã poſt triginta tres ſuperiores non dico errores, ſed blaſphemias, quarum ſingulæ non minus cenſentur cremabiles, quàm quæ in Serueto & Valentino Gentili flaminis vltricibus, vobis arbitrantibus & iudicantibus, expiatæ ſunt, te lubenter in fratris ſocietatem, communionem, honores admittemus. Non vſque

adeò morosi sumus & rigidi humanæ imbecillitatis æstimatores, quin resipiscentes blandissimè excipiendos sciamus, quin eos charissimè in nostro gremio foueamus, pristinæ dignitati & laudi restituamus. Ne te pudor, prauus salutis consultor, à tam pio, tam sancto, tam salutari opere atque instituto retrahat. Melius est sibi eruere oculum, quàm cũ duobus mitti in gehennam. Imitare superius Seueri Sulpitii factum, qui Pelagianũ errorem in se puniit silentii perpetuitate. Disce distinguere inter Philosophiam & Theologiam, alterã alteri ancillari coge, vt quam quisque nouit artem, in ea se exerceat, neque in alienam messem falcem immittat, diligenter stude. Puta mi Schegki Theologum illũ Nazanzenum te his verbis ad Christi vi- *Nazan. oratio. 1. ad Eunomianos.*

ſcera dulciſsimè conuocare. Tanti enim viri, tam celebrati hortatio apud te plus fortaſſe valebit, quàm mea. Eſto tu excelſus (Philoſophe) & excelſis ſuperior, & ſupra nubes aſcende, ſi libet, & inuiſibilia conſpicare, & inuiſibilia ſermone complectere. Sed cur alios vno die vis formare? Cur Theologos momento temporis facis, qui de diuina natura diſſerant? Vt quid Dialectica religionem decorare te credis, vbi magis per Dialecticam religionem fœdas, & quaſi Gigantomachia aduerſus Deum in terra pugnas?

Faxit Deus Opt. Max. Vnus & Trinus, qui nobis in Scripturis Sanctæ Communionis vinculum tantopere commēdauit, vt ad tam ſanum conſilium attendas, vtque in perpetuum in hoc mundo fide,

ſpe, charitate, in altero beata vita, ſanĉta fœlicitate, inſeparabili gloria ſociemur.
Vale decimo ſeptimo Calend. Februarij, an. 1575.

Deo laus honor & gloria.

INSIGNIORES Schegkij errores & blasphemiæ hoc responso refutatæ.

Philoſophicis nō tantum poſſibile, ſed etiam neceſſariū eſſe in Trinitate vnum eſſe Tria, & Tria vnum. 49.b. & 188.b

Sunt & alii plurimi errores, quos partim indicabimus, partim diſſimulabimus, ne philoſophū nimis anguſtare & premere velle videamur. Non enim eum ad inſaniam, ſed ad animi ſanitatē, aut certè moderationem deducere ſtudemus. Faxit Deus Opt. Max. vt votis noſtris optatíſque potiamur, ac bene omnia in ipſius ſempiternam ſalutem vertantur. Cæterum ne negando elabi poſſit, eius verba, cum de Blaſphemia agetur, fideliter recitabimus & ad oram paginam deſignabimus, nō quota eſt Apologetici (Eſt enim perexiguus, nouem duntaxat quaternionum) verum

quota in eo ſignatur. Nam de induſtria eum ſubiunxiſſe videtur verboſo & faſtidioſo operi, quod Antiſimonium inſcripſit, vt me vtrumq; emere cogeret, quem ſciebat alterum non facile fuiſſe comparaturum, ne meam pecuniã perderem: ſiue quia in eiuſmodi nugis conſumere tempus non ſoleo, ſiue quia Philoſophaſtrorum ſe mutuo proſcindentium & de re ignota inuerecundè ac impiè digladiantium ſpectacula, meo otio indigna exiſtimo. Fortaſſe etiam eo conſilio id fecit, vt tenuiores magnitudine pretii territi, exiguum Apologeticum ſub vaſta Antiſimonii farragine deliteſcentem,

Pallentémque metu & trepidantem
morte futura,

tanti emendum ſibi non putarent, atq; ita ignorarent per quot, quan-

táſque blaſphemias ipſe in meos libros de S. Trinitate inuaſiſſet: tantùm autem ſcirent vniuersè & ex inſcriptione Schegkium vetulum ſophiſtam, vnius noctis Theologum auſum eſſe cum iuniore & valentiore magiſtro ſuo congredi,

Vt ferret pretium iam nunc certaminis huius,
qui cum victus erit, mecum certaſſe feretur.

Vale lector & Deum mecũ obſecra, vt ora malignè de ſe ſentientium, prędicantium & ſcribentium compeſcat, ac Satanam per iſtos blaſphemantem ſub Eccleſiæ pedibus conterat. Amen.

FINIS.

Car.Ballius Parisiensis,ad Iac.Schegkium
Philosophum & Medicum.

SAcra sacri tractant homines,humana profani:
Cur Schegki tractas ergo profane sacra?
Languida vis,medicus Germanica corpora tractans,
Tractare indoctus dogmata sacra Dei;
Ah,mutesce precor,linguam compesce loquacem:
Ars,numen,pietas,ingeniumque deest.

Petrus Catel Tolosas,ad Iac.Schegkium
Philosophum & Medicum.

ISthmum, crede mihi,fodies ô vane sophista,
Huius si tentas carpere scripta Sophi.
Quem non Argolici terrerent verba Periclis,
Latratus censes posse mouere tuos?
Dedecus haud illi,laudem sed stulte parasti:
Quòd nequeant stulti dicta,nocere bonis.